

AB  
15380

Ogur



au  
Hil

JOHANNIS JONSTONI  
Doctoris Medici

4

*De*

FESTIS  
HEBRÆORUM  
*Et*  
GRÆCORUM  
SCHEDIASMA.



URATISLAVIAE  
Sumptibus VITI JACOBI TRESCHERI.  
M DC LX.

ANNALENTHEATRUM

D. Joh. W. M. T. S.

Des

1735

1735

ANNALENTHEATRUM

1735

IOHANNIS  
JONSTONI,  
Doctoris Medici  
*DE*  
FESTIS  
HEBRAEÓ-  
RUM & GRÆ-  
CORUM  
*SCHEDIASMA.*

*GENEROSIS, MAGNIFICIS &  
STRENUIS*

**DN. MELCHIORI FRI-  
DERICO à Kanitz, DOMINO  
Urschkaviz, VVandritzii &c. &c.  
sacræ Cæsareæ & Regiæ Majestatis, nec non  
Celsissimi Principis Lygio - Bregensis, Su-  
prema Regiæ per utramq; Silesiam  
Præfectoræ Administrato-  
ris Consiliario.**

**DNO. Danieli Tschepconi  
Mertzdorffii, Girsdorffii, &c. Dno,  
Sacræ Cæsareæ & Regiæ Majestatis,  
nec non Celsissimi Principis Lygio-Bre-  
gensis VVolaviensis Consi-  
liario, Affini suo**

*Schediasma hoc inscribit  
JOHANNES JON-  
STONUS, D.*

I.  
¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ? ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ? ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ? ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

DE

FESTIS  
HEBRÆORUM  
SCHEDIASMA  
CAPUT. I.

De

*Festis Hebreorum Hebdo-  
madariis.*

**E**sta Judæorum sunt multi-  
plicia , Hebdomadaria nempe ,  
Menstrua , Anniversaria , &c plu-  
rius annorum .

x. *Hebdomadarium est Sabbatum שְׁבָת,*  
*Sabbatū , dies hebdomadis septimus , quo*  
*Deus a creatione rerum quievit , & qui san-*  
*ctis cætibus habendis sanctificatus est . Hinc*  
*& Adamus author Psalmi XCII . in sabbati-*  
*thum quasi compositi esse creditur . Tam-*  
*strictè sanctificatio ejus olim a Deo Judæis*  
*injuncta , ut lapidatus fuerit , qui ligna sabbati-*  
*tho collegerat ; adeò superstitione aliquando*  
*ab iisdem observatum , ut , nec medicinam*  
*facere , nec spicas vellere , nec arma defen-*

A 3 dendæ

2 DE FESTIS

dendæ urbis ergò capere , quod tempore  
Maccabæorum licere decretum , nec clavum  
navis etiam in summo periculo moderari , nec  
*πυρωνέαν* , nec puerum trahere , nec verru-  
cam aliquo instrumento avellere , &c. licitum  
putarent . Hodie temporis , licet lapidem-  
stationis , de quo alibi , gestare , quasdam ve-  
stes ex incendio eripere , bovem in puteum .  
lapsum extrahere , verrucam dentibus abri-  
pere : sed non licet duas literas scribere , la-  
nam in aure gestare , puerum manu ducere ,  
manu femur percutere , manibus complode-  
re , &c. A gentilibus , Romanis in primis ce-  
lebratum non est . Dio enim id Jūdæis tan-  
quam proprium & singulare dicat ; Tacitus  
tangquam probosum refert ; Rutilius septimæ  
djei ferias turpe veternum appellat . Celebra-  
tum olim a Christianis dubitari non debet .  
Multiplex est . 1. Magnum nempe . 2. *δευτέρον*  
*πέμπτον* . 3. Intermedium . 4. **שבת בראשית**  
5. **שבת בחורש** quibus adde , 6.  
**שבת שבתון** Sabbathi iter , & 7. **שבת**

1. Sabbathum magnum , μεγάλην μέγα τε  
*σαββάτου* Johan . XIX , 13. magnus dies sabbati , dies  
solemnis sabbathi , in quo pascha in-  
cipiebat . Omnia enim majorum festorum  
primus & ultimus , dies , sacri , ob  
**מקרא** **ראש** sacram panegyrin & Congregationem  
populi ; vel dies sabbathi , in quem & primus  
festi magni dies , & simul Sabbathum incidit .  
Videtur in eum primam tantum azymorum  
diem incidisse .

2. Sab

## HEBRAEORUM

2. Sabbathum δευτερόπτωτον, Lucæ VI. 5  
Sabbathum secundo primum Scaligerol. vi.  
Emendat. temporum, sabbathum quod pro-  
ximè solemne Paschatos in computo Pente-  
costes sequitur. A διατέρη τέτταρα lex jubet  
septem septimanas computare. Ideò omnes  
hebdomades & Sabbathæ à Pascha ad Pente-  
costen suam inde sumunt appellationem. Cu-  
pello sabbathum secundum ab eo, quod vul-  
go primum, in computo quatuor parascha-  
rum, quas בְּרִית זָנוֹר שְׁקָלִים vocant, dicitur, quod ante secundum à Chri-  
sti baptiſmate pascha in iy. Martii, ante ter-  
tium in vi. Kalend. Martii, ante quartum in  
xvii. Kalend. Aprilis incidit. Grotio sabbat-  
hum Pentecosten præcedens. Cloppenbur-  
gio sabbathum quartum in computo quatuor  
parascharum, quod הַחֲרֵש dici innue-  
mus, de quibus vide Walæum ad Lucæ vi.

3. Sabbathum intermedium, שְׁבָת שְׁבָת σύββατον τῶ μετεξ̄δι νεγρᾶς, sab-  
bathum quod in solemnitatibus, quæ per se-  
ptem aut octo dies peraguntur, ex quibus  
semper primus & ultimus festus, in illos in-  
termedios incidit. Hoc רְמֻזָּעַ intermedium tempus, esse i. dies, qui duobus  
sabbathis interjiciuntur. Judæis חַוְרִיָּה Plutarcho ἐπεξεργάσθει, aliis oi με-  
τεξδὲν οὐβάτων 2 Dies qui in solemnitatibus  
per septem aut octo dies peragi solitis, inter  
primum & secundum, in quibus sacra pa-

negyris habebatur , intercurrunt. *μεσημέρια  
τριήνα.*

**4. שְׁבָתָן בְּרָאשִׁים** sabbathum

primum in lectionariis Judæorum , sequens ultimum scenopegiorum diem , quo Pentateuchi lectionem iterum ordiuntur , ob memoriam Creationis , quam illa parascha habet , ita dictum . Incidit in quovis anno dato in 24. 26. 27. 29. mensis Tisri , postquam anniversaria parascharum lectioni 23. Tisri , quam **שְׁמַכְתָּן תּוֹרָה** vocant , coronis imposta est . Intercurrunt inter id & Neomeniam Tisri , in quovis anno dato , ultima tria Civilis anni sabbatha : ab eoque per universum annum qua Politicum , qua sacrum omnia computantur .

**5. שְׁבָתָן הַחֲרֵשׁ** Sabbathum in-

computo parascharum quartum , Cloppenburgio primum etiam visum , propter parascham Exodi XII. quâ Neomenia mensis Nisan , divina indictione , Neomeniarum prima constituit . Vel incidit in quovis anno dato in ipsas Kalendas Nisan , vel retrocedit ad 29. 27. 25. Adar aut Veadar : & ita ultimum Sabbathum anni sacri constituit . Judæi dicunt isto sabbatho novam aperturam sabbathorum & mensium fieri .

**6. Sabbathi iter , οὐβάτω ὥδες , Hebr. תְּהוֹסֶת הַשְׁבָתָן** seu terminus sabbathi . Actor . I. 12. duplex fuit , *majus* nempe & *minus* . *Maius* Mosis coævum , XII. milliæribus ,

ribus, ultra quæ ex castris egrediendum non erat, constabat. *Minus מופרִי* ex scribarum scitis, iisdem, ut & Origeni, Oecumenio, Theophylacto, Maimonida, Mofi de Kotzi, *אלופִי אמֵן* bis mille Cubitorum, Syro *שבעָ אסְטוֹן* septem stadiorum, Arabi, unius viri cursus, Hieronymo Ep. 151. ad Algasiam, & Agobardo Lugdunensi Episcopo, bis mille pedum, Eucherio & Lyrano mille passus, qui eidem mensuræ sunt satis consonioste dimidiam leucam facit; Gomarae Babylonizæ *אלופִי בְּנֵנוֹרָת בְּמַיּוֹרָה* seu bis mille passus; Grotio bis mille ulnas, & quia Plinio H. N. l. xi. 23. stadium pars octava mille passum, stadia octo. Quia verò Johannes xi. 18. Bethaniam ab urbe xii. stadiis abfuisse dicit: Lucas verò xxiv. 50. Bethaniam usque à Christo ascensuro ductos discipulos scribit; hic verò locus unde ascendit, ὁποῖαν οὐδὲ nominatur, quem ubi ab Oriente oppositum ab eadem quasi milliari distare, Marcus XII. 7. Gulielmus Tyrius Histor. l. VIII. II. Joseph. Antiquit. xx. 16. quinque stadiis scribunt, magna difficultas & quasi evanescens exoritur. Ergo & ratio habenda erit, & torrentis Cidron prope murum Orientalem interfluentis, & vallis Jesaphat inter urbem & montem interjecta, & montis ipsius. Nam & de eorum varietate multa in definitione itineris Sabbathici habentur. Vel dicendum erit cum Beza, montem oliveti quinque stadiis seu

itinere sabbathi ab Hierosolymis distasse: locum verò unde Christus in eo ascendit, pluribus distare potuisse; Bethaniam totum hujus montis tractum, non vicum esse, quod ex Joh. xi. 1. colligi potest: Lucam verò de Lazarī domo, quæ duplo spacio ultra locum ascensionis sita fuerit loqui.

7. שְׁבָתֵן שְׁבָתֵן Exodi xxxv. 2.

*Sabbatum quietis seu cessationis*, est cessationis omnimoda. Frequens Hebreis repetitio vocum, cum aliquid omnino & studiosè fieri debet. Schindlerus exponit *sabbatum sabbatus*, quod nihil aliud est, quam quod de die prophano sacro additur tanquam parvum sabbatum.

## CAPUT II.

De

### Festis Hebræorum menstruis

**M**enstruum festum est *Nōsilēnium*, *νεομένια*, festum novæ luna, in quo licet negotiationibus distrahi, cœtus sacrificiis cogebantur, sacrificium peculiare fiebat, & convivia celebrabantur. Judæi in Palæstina quibus ad visionem luna Neomenias putare licet, unum duntaxat diem celebrabant: qui *Ἄγροπες*, quia a coitu luminarium, & ex scripto colligunt, propter vagum syderis cursum,

## HEBRÆORUM

7

sum, dies continuos, dies semper celebrant,  
quorum unum יּוֹם טוֹב שְׁנִיָּשֵׁל גָּלוּתָה festum secundum exilii appellant: utrumq;  
Eliezer מספק שני ימים של גָּלוּת dubium bidui deportationum. Ita ergo non  
solum diem visionis, qui הרוש הַלְבָנָה renovatione luna dicitur: sed etiam antecedentis diem observabant. Sacra scri-  
ptura המהפסה כֶּסֶח tegere, בְּפָסֶח quia tunc luna solo tegi-  
tut, vocat: Horatius trigesima sabbatha.  
Trigesima enim seu τριτάκις mensis, est εβδομάδα, ut alibi dicemus. ιορτή & νεμουνία sem-  
per conjunguntur. In Palæstina quidam o-  
lim ex fynedris corniculatam observabant, &  
tempore suo ubi vidissent מקודש מְקוֹדֵש sanctificata est. sanctificata est acclama-  
bant, succlamante simul qui aderat populo.

## CAPUT III.

De

### Festis Hebræorum an- niversariis.

**A**niversaria festa vel sunt Majora Hebræorum ut פֶּגַלִּיס Pentecoste, Sce-  
nopegia: vel Minoræ seu lege expressa, ut festum tubarum & Expiationis: seu à sanctis

46

qiriat

*Giris instituta, ut Purim, Encania, Xylophoria; Nihil nunc dicam, de die 27 mensis Jair, ob expiationem turris Hierosolymitanæ per Simonem Maccabæum factam; de festis Jephra, ignis, cuius Maccab. II. i. mentio; Judithæ ob occidum Holophernem; 14. diei mensis Adar, ob viictum Nicanorem, &c.*

*¶ Pascha, פֶסְחָה festum quod ex manda-  
to divino Exodi xii. à die 15. Nisan seu Abib,  
maturescientium frugum, ad 21. ejusdem, &  
quidem per septem dies celebrabatur. Dicitur  
ideo, festum septem dierum. Decimus  
quartus πασχων τῇ πάχᾳ erat & עַד  
vespera paschatos I. Samuel. x. v. 4.  
in qua agnus paschalis inter duas vesperas ju-  
gulabatur, & vesperi comedebatur. Die se-  
cundo offerebatur manipulus frugum, pri-  
mitiæ messis Levit. xxiv. 10. Dicitur vero hic  
dies ita, non à passione, sed ab Angeli pri-  
mogenita trucidantis transitu. פֶסְחָה enim  
est πασχεῖν transire. Hinc Philo Ἀγριεύ-  
σα, Josephus ὑπερβασία, Symmachus ὑπερ-  
βασία vocant. Syris est פֶצְחָה a  
hilariter agere, Hierosolymitanis פֶסְחָה  
LXX habent πάχᾳ plenisque in locis; at II. Pa-  
ral. xxx. & xxxv. Φασέχ, Theodotioni φασέια,  
& si Theodoreto credimus φασία. In N. Te-  
stamento retinetur constanter πάχᾳ: apud  
Græcos tamen Patres aliquando φασὶ inven-  
nies,*

nies, quo vocabulo & Vulgatus in V. T. utitur. Sed distinguitur apud Græcos φεστή a Pascha. Nam φεστή est terminus paschalis Judæorum, seu Pascha νομικὸν, Æthiopibus ΚΝ: פֶסְחָה τάχα est dies resurrectionis, pascha σανξώσιμον, Æthiopibus בַּסְחָה. Idem נִיר אַלְאָשׁ תִּיהְיָה festum desideratum vocant. Græcis aliis est ἡ μεγάλη κυριακὴ magna Dominica; ἡμέρα per excellentiam, ut in synodo Beryteni ἐστι, ut in Procopii ἀνεκδόται p. 45. Hinc Epistolæ & homiliæ ἴσχουσμα, quibus futurum pascha prænuntiatur, apud Justinianum Novel. 8. Chrysostomo κατεῖχε. Multiplex verò erat, i. Primum פֶסְחָה דָרָאשׁוֹנָה solemne neimpe illud lege præscriptum, ad xv. Nisan. 2. secundum שְׁנִיר פֶסְחָה quod & פֶסְחָה קְטוּרָה pascha parvum, quod pro pollutis & peregrinis remotioribus ad mensem Aprilis rejectum erat 3. Legitimum, quod eo ipso die quo mandatum est celebrabatur 4. Transpositum quod in sequentem transponebatur. Statutum enim ab Eleazare, vel potius syndrio M. trecentis quinquaginta ante Christum annis, ut si in vicinum sabbatho diem Pascha incideret, in sequentem, ne duo simul sabbatha concurrerent, & toto biduo ab opere servili abstinere cogerentur, transponeretur 5. Μημηγούσπικό memorativum, quod εἰσιμηγού non erat, & quale olim εἰς Διγαρογαῖς, nunc

10 DE FESTIS

nunc etiam a recutitis celebratur.

**חג שבעות**, Hebr.

Exod. xxxii. 22. festum septimanarum, Rabbinis;

Exod. xxxii. 22. festum septimanarum, Rabbinis;

post pascha elapsis septimanis celebrabatur,

LXX. ἡ τῶν εβδομάδων ἰσότην. Appellatur etiam 1.

Festum בכורי קציר חיטין primiti-

arum messis triticea, quia hæc eodem men-

se Sivan. 2. In N. T. πεντεκόσιη, seu quod in

quinquagesimum diem a secundo azymorum

incidat; seu quod quinquagesimo post falcem

in segetem missam celebraretur. 3. πλήρωμα

τῶν ημέρων τῆς πεντεκόσιης, quia illa quæ feria-

batur, die complebantur. Ritus vide Levit.

xxiv.

**חג הסוכות** festum ta-

bernaculorum, & simpliciter סוכת, quod

mense septimo collectis frugibus celebraba-

tur. Unde festum mensis septimi & Collec-

tionis frugum appellatur. Εὐχαριστίας ἐπὶ

συγκριδή τῶν καρπῶν fuisse, scribit Theophy-

lactus. Totidem quod Paschati dies festo: a

xv. Tisri ad xxi. solebant συνάντειας seu καλύπτας

ex frondibus πηγνύντας, inque illis in memori-

riam primorum qui in deserto, degere. Hinc

συνάντεια Levit. xxiii. 34. ἐόρτη τῆς σκηνοπη-

γίας Deut. xii. 16. ημέρας τῆς σκηνοπηγίας II. Maccab. 1. 9. σκηνοπηγία & σκηνο ποιά alibi, A-

quila σκηνοπηγία. Mos à Josue temporibus ad

Nehemiam usque intermissus, ab hoc & Esra

egregie

egregiè reductus est. Ritus singulares & varii. Solebant singulis diebus stante templo aquam ex fonte Schiloe haurire, templo cum tubarum & aliorum instrumentorum sonitu illatas libare & subsultare. Locus ab hauriendo nominatus in atrio mulierum erat. Pluviae impetranda ergo oblatas quidam existimabant, ut terra ferax esset. Faces manibus præferebant, hymnos canebant, Levitis interim infinitis instrumentis ludentibus, sacerdotibus tubis clangentibus. Producebantur gaudio noctes, & multi ibi dormiebant finito, ut alienis humeris niterentur. Sed haec ipsorum addita. In codem pomum Citrinum, palmæ, myrti, & salicis ramos decerpere, fasciculum ex his confictum, qui **הַשְׁעָנָר** dicebatur, dextrâ, pomum sinistrâ manè antequam commedissent circumferre, quod extra nonnisi primo die fiebat svetum. Unde festo **רַאֲבֵ' אֶת** palmarum nomen. Ultimus dies **חַנּוֹן** festum cohibitionis, quia populus ab omni opere abstinebat, & conventui vacabat;

**שְׁבָתָה הַגְּדוֹלָה** sabbatum magnum, **שְׁמַחְתָּה חַתּוֹרָה** latitia legis, quia eo die ultimam legis sectionem legebant, & sic legem absolvebant, dicitur. Eo, si Paulus Fagio standum, septies altare fasciculo illo instructi circuibant, memoriam prostratorum Jerichuntis murorum recolentes, & **אֱנוֹת יְהוָה הַשִּׁיעָרָה נָא**, **אֱנוֹת**,

**אנָה יְהוָה הַצְלִיחָתָ נָא**

obsecro Domine, salva queso, obsecro Domine prospera acclamabant. Eodem tres lectio-nes Propheticas ex 1. Reg. viii. initio Josue & ultima sectione Malachiae legebant. Alias legunt Ecclesiasten semper. De sacrificiis videatur Nehemias. In annum dimissionis quando incidebat, svetum Regi vel Pontifi-ci legem e sublimi suggestu legere auscultan-te populo, qui tubis convocabatur. Jerebo-a-mus in mensem Marschesvan dolosè trans-stulit.

**festum tubarum seu Dies clangoris,**  
**תְּרוּעָת יְהוָה** Numer. xxix. 1. incidebat in primum diem septimi mensis. Nullum in eo servile opus, convocatio sancta, holocaustum, munus, & reliqua, de quibus dicitur loco, ut & Levit. xxviii. 24. ubi **בְּכָרֹז**

**תְּרוּעָת** monumentum seu recordatio clangoris vocatur. Celebrabatur, vel in memoriā arietis pro Isaaco immolati, ut Rabbinis placet: vel in memoriam bellorum: vel quod in illum **רָאשׁ הַשְׁנִינָה** dies novi anni, secundum civilem computum incide-ret, a quo annus septimus & jubilaeus com-putabatur.

**יְמֵן כְּפֹרִים** Numer. xi. 8. 9. 10. Incidit in diem deci-mum mensis septimi, expiabaturque in eo à Pontifice summo qui in sanctum sanctorum cum

cum sanguine juvenci & hirci ingrediebatur  
sanctuarium sacrum, tentorium conventus,  
altare, sacerdos ipse maximus cum familia,  
sacerdotes reliqui, & totus congregationis e-  
jus populus, tum per sanguinem juvenci & hir-  
ci pro Jehova, tum per dimissionem illius hir-  
ci, cui sors Hazazelis obvenerat in desertum.  
Jejunium tum sub poena excidii. Ritus Levit.  
xvi. & xxvii. sed plenissime in libro Thalmu-  
dico *Toma* quem nuper elegantibus notis  
illustravit *Sheringamus* Anglus.

6. Festum Purim seu sortium, יּוֹם פִּירִים,

quasi dicas, ἡλικωτέρου, ab Esther regina  
in memoriam liberatorum ab Hamanis insi-  
diis Israëlitarum, authore Joachimo Ponti-  
fico, ut Philo tradit, pro die xiv. & xv. men-  
sis Adar institutum, vera Iudæorum Baccha-  
nalia. Legitur in eo Estheræ historia & quo-  
tiescumque Hamanis sit mentio, feriunt pu-  
gnis vel malleis scanna quibus insident, quasi  
caput Hamanis ferirent. Vox alias est Per-  
sica, forte ab Hebraico פִּירִים frangi, quia sors  
litem dirimit. Exponitur in libro Esther per  
לְגָנָן, lingvâ forte Susianâ, Arabibus est  
דָּזָרֶן,

7. קָרְעָה, apud Josephum habes ἡμέρας φε-  
γίας. Forte aliquis coram Hamane sortem  
misit, ut, quo mense & die Iudæor. gens ex-  
scindi posset, exquireret.

7. Encania Nehem. xii. 17. הַנְּכָרָת  
encyanaria Johan. x. 22. festum dedicationis  
vel

vel repurgationis templi. Ter verò templum Jerosolymis solemniter repurgatum erat. Primum a Salomone II. Reg. VIII. dein à Nehemia Esr. VI. 15: tertio à Iudà Maccabeo, postquam ab Antiocho pollutum fuissest 1. Maccab. IV. Horum Encæniorum sit apud Johannem dicto loco mentio. Celebrabatur hyeme, mense nempe nono, & quidem annuatim per dies octo à 25 mensis Cisleu incipiendo. Dicuntur etiam 1. ἡμέρα ἐγκαίνιος τῶν θυσιῶν, quia templum novo altari tumulustriuctum fuit. 2. *Dedicatio Hasmonæorum*, quia ab illis instituta. 3. *Dedicatio lucernarum*, in ade secundā, seu quod in expectata lux ipsis apparuisset; seu quod templum ingressi, non plus olei in lenticula quadam invenerint, quam quod ad lucernas templi una dic accendendas sufficeret; accensæ verò ex eo octo dies durassent, donec contusis olivis, mundum fuissest expressum, ut in Thalmude extat. 4. **הַרְקֹלֶת נָרוֹת** <sup>accen-</sup> *lucernarum*, quod præter illas quæ in templo accendeantur lucernas, in singulis quoque donibus, vespere, singuli toto illo octiduo in miraculi memoriam, accendere solebant, quæ ardebant per noctes. Josephus Antiquit. I. XII. 1. φᾶται vocat. Prohibitum in illis lamentari & jejunare.

8. *Zulophœcia* Joseph. ἀλατ. I. II. c. 31. festum quo ligna ex sylvis ad sacrificia, & a lendum æternum ignem portabantur. Thalmudici certos dies familiis singulis ad rem <sup>cam</sup>

eam constitutos fuisse dicunt ; seu statum quemque diem plures familias puta viginti aut triginta hujus officii causa sociasse , & quidem ex solis Hierosolymitanis . Eæ holocaustum spontaneum offerebant , quod קרבן העזים vocatum : nec fastum iunio vel luctu macerari .

## CAPUT IV.

De

Festis Hebræorum post plures  
annos recurrentibus.

**E**st a plurimum annorum sunt Sabathum cessationis terra & Jubilau.

1. Sabathum cessationis terra & Jubilau. שְׁבָתוֹן לְאַרְצָה Levit. xxiii.  
4. 5. septimus quisque annus , quo terræ cultura intermittebatur , nec serebatur , nec metebatur , ideo sextus duplum ferebat , debita denique remittebantur , Deuter. xv. 2. Observationem ejus Nehem. x. 31. vide. Dicitur & שְׁמִיטָה :

2. Jubilau תְּיוֹבֵל Levit. xxv. 8. magnum illud anni quinquagesimi festum , dictum , à יְוָה , quæ vox 1. arsetem. 2. sonum הרועה שׂופֶד tubæ clangoris , certum , distinctum seu productum , qui ἀλαλαγμὸς Græcis , jubilæus Latinis . 3. diditionem

etionem soni aut proventum annum terræ, s.  
 reductionem & restitutionem significat. Et  
 certè promulgabarur solet initer secundum  
 quosdam cornu arietino, ( aceto macerata  
 ad inflandum parabantur ) sono productio-  
 ne, ( ὅμοια ἀφέντας LXX. ) ut Josuæ vi. le-  
 gitur ; ( Ideò nomen ejus שׁוֹפֵר secundum nomen soni  
 tubæ dicit Jarchi ) qui per universum Isra-  
 ēlem diffundebatur & diducebatur. Ob sin-  
 gularia commoda, quæ ad personas in eo re-  
 dibant, annus ἀεβάστω singulariter uberis  
 dici poterat: restituebat denique & reduce-  
 bat unumquemque in suam hæreditatem.  
 Catenæ Patrum Græcæ MS. ad Levit: xxv. est  
 λαβὴν vel λαβῆσαι, putantque compositum  
 ex לָבֶן vel וְהַלְתָה & לָבֶן, vel ut illi  
 scribunt λαβῶν ( lege λαβῶν vel λαβῶν ) καὶ εἰδότε,  
 quasi sit ἀξιον, ἀξιον τὸ ἔτος. Promulgabatur  
 autem a Synedrio, ab eo tempore quo terræ  
 Canaan possessio ipsis in solidum cesserat, die  
 decima mensis Tisri, clangore tubæ, ante-  
 quam tribus ulla in exilium fuit pulsa vel  
 cum alia confusa. Definitur, a quibusdam  
 quinquaginta solidis annis a quibusdam  
 XLIX, ut in quinquagesimum incidat, & quin-  
 quagesimo primo sequentem numerandi ini-  
 tium faciunt, ut apud R. Levi videre est. In-  
 termittebatur in eo agri cultura, non mete-  
 bantur sponte crescentia; nec colligebantur  
 fructus arborum, adeò ut liber fuerit eorum,

quæ

Quæ terra producit usus. Possessiones etiam  
sive donio sive venditione distractæ post li-  
miniō ad Dominos redibant, exceptis ædifi-  
ciis in urbe manibus cincta, quæ eodem quo  
venditæ anno redimi debebant, & servi He-  
brei manū mittebantur. Tempore templi  
non celebrabatur; sanctificabatur tamen an-  
nus quinquagesimus, numerabaturque ad  
sanctificandos dies remissionis. Rectè ergò  
Syro ~~רְפָנוֹן~~ וְשָׁנָה נֶאֱמָנָה restitu-  
tionis, Arabibus פְּנַתְּחָנָה remissionis & di-  
missionis, Græcis εἰσιάντος τῆς ἀφέσεως, τῆς  
ἀγωγῆς. Philoni τῆς διποτασίσεως; Latinis,  
annus beneplaciti, libertatis, emancipatio-  
nis, Redemptorum Dei, nec non Sabbathum  
Jubilas dicitur.

## APPENDIX

*De*

Libris sacris V. T. Philo-  
logica quædam

## CAPUT. I.

*Canonicorum librorum*  
*V. T. Catalogus.*

**I**bri Canonici Augustino & aliis  
Patribus sunt libri Scripturæ V. &  
N. T. qui in Canone habentur.  
Canon

Canon autem scripturarum nihil aliud est quam Catalogus earum quæ genuinæ sunt, & ab Apocryphis discernuntur: in quibus etiam religionis nostræ Canon est & regula, ex quibus nempe fidei nostræ assertiones constare Patres voluerunt, ut Ruffinus in expositione Symboli ait. Ideò Augustinus solis illis hunc honorem timoremque defert, ut nullum auctorem eorum scribendo aliquid errasse firmissime credat Athanasius in Synopsi vocet τὰ κεκαθαρισμένα βίβλας, libros in Canonem compactos: nonnulli τὰ Διδαχάς φασιν Origenes apud Euseb. Hist. Eccles. l. vi. 19. εἰς Διδαχήν, Hieronymus in Michæam fines Ecclesia Christi, de quibus illa scilicet non egreditur. Chrysostomus ἀπορεῖ ζυγον ἀπάρτων καὶ γνώμονα καὶ νόσον τῶν θεῶν γέμων τὸ δόγμα Φωτοῦ dixit: Athanasius τῆς πίστεως ἡμῶν οἰοῦν ἀπερθίνει, ἀγγέλους καὶ ἐργάτας fidei nostræ Venutis primitias vel certas aschorae & sustentacula. Dividuntur vero illi qui in V.T. habentur, in Pentateuchum, Prophetas & Hagiographa. Ordo seu series secundum quam dispositi sunt, dicitur Hebreis סדר של מקרא scilicet βιβλοί, quia quinque libris constat, τεῦχος instrumentum Hebreis חמשה חומשיים propriæ quinque quintæ. Quilibet enim pars חמשה. Sunt qui per חמוץ Pentateuchum intelligunt in communem usum scriptum: per

per תּוֹרַת ספר librum legis sacrum,  
sed male ut Cl. Buxtorfius de origine punctorum p. 39 docet. Habet versus 5845 ex computo Hebreorum, quorum medius Levit. viii. 8. literarum sexagies millena millia, quadraginta quinque Libri hi sunt sequentes.

1. Genesis γένεσις seu בְּרֵאשִׁית Gen. ii. 4. liber ita dictus, quod in eo mundi & rerum omnium primordia expounduntur. Hebreis à prima voce בְּרָאשִׁי in principio. Scriptus est partim per traditionem, partim per revelationem a Mose F. Amrami: & distinguitur in parashas xii. Sidras XLIII. capita L. versus 1534. literas 4395. Apud Samaritanos habet sectiones 250; apud Syros capita 78. versus 4509.

2. Exodus יְהֹוָה Exitus in quo ab initio exitus Israelitarum ex Aegypto describitur. Hebreis שָׁמָרָה וְאֶלְחָנָן a primis verbis. Constat parashis II. sidris 29. Capitibus 40, versibus 1209. medius est c. xxii. 28. Apud Samaritanos habet sectiones 200. apud Syros capita 44. Vocatur etiam נָזְקִים damna, quia in eo de damnis & damnorum restitutio-  
nibus prolixè agitur.

3. Leviticus in quo Levitarum ministeria & victimorum diversitates explicantur. Hebreis est i. זְבָחָה prima voce. 2. כְּהֻנָּה lex sacerdotum, quia in eo officia sacerdotibus prescribuntur. 3. פְּרָרָת

DE LIBRIS V. T.

**תורה הקרבנות** lex oblationum

seu sacrificiorum, quia in eo de sacrificiis agitur. 4. **ספר רבר**. libri verbi Raf, nescio

propter quam rationem. Capita habet 27. paraschas 9. versiculos 859 medius est c. xv. 7. Apud Samaritanos sectiones 135, apud Syros capita 19. versus 2454.

4. **Numeri LXX.** Αριθμοί, in cuius initio Moses & Aaron numer. populi Israelitici, & quidem tributim ineunt. Hebræis dicitur.

1. **במדבר** in deserto, a significantiore versus primi voce 2. & locutus est a prima libri voce 3. **ספר המספרות** liber Numerorum, apud Eusebium H. E. l. vi. 19. ex Origene.

4. **ספר פקוריות** liber refectionum, Complectitur capita 36. paraschas 10. versus 1288. medius c. xvii. 20. Apud Samaritanos sectiones 218; apud Syros capita 36. versus 3521.

5. **Deuteronomium LXX.** δευτερονόμιον, in quo maximâ ex parte repetitur & declaratur lex priorib. trib. libris exposita. Dicitur iisdem & δευτερονόμιον, δευτέρων. & δευτεράς Hebræis est 1. **הברות** אֱלֹהִים hæc sunt verba, a verbis initialibus. 2. **משני** repetitio qui aut dicunt Hebræi, liber hic est אַכְרָן שְׁאָר הַסּוּרִים שְׁלֵת priorum reliquorum librorum memoria. 3. **משני**

**מָשְׁנֵי תּוֹרָה** Masorethis lex repetita,  
 propter supra dictam rationem. 4. **סִפְרַתּוֹכְחוֹת** liber redargutionum, quia in  
 eo graves contra Judæos redargutiones. Unde  
 & caput xxvii. **סִפְרַתּוֹכְחוֹת** Caput  
 redargutionum vocatur. Continet capita  
 apud Hebræos 34, paraschas 10. versus 955. me-  
 dius est c. xvii. 10. Apud Syros habet capita  
 28, versus 2796. Nota vero fieri hujus voca-  
 buli apud LXX. Deuter. xvi. 18. & Josue  
 viii. 32. mentionem. Ibi a Thargumistis  
**פָּתָשָׁנָן אֲזִירָה** exemplar legis verti-  
 tur: his pro exemplo legis Mosis, nempe  
 Decalogo, aut præcipuis ejus capitibus, aut  
 benedictionis & maledictionis formula su-  
 mitur. Nec omnes libri, nec ipsum Deute-  
 ronomium scribi in lapidibus poterant. R.  
 Saadia scriptum hic fuisse præceptorum nu-  
 merum, sicut sunt in Halachoth & Acha-  
 roth, & quidem LXX. lingvis, nugatur.

11. *Propheturum* nomine veniunt libri  
 à Prophetis scripti per metonymiam cause,  
 Hebræis 1. **קְבָרָה** traditio in Hal. ol.

**שְׁקִבְלוּ מִרְוחַ הַקְרֵשׁ כָּל נְבוֹאָה**  
**וּנְבוֹאָה לְבִי צָורָה וְהַשְׁעוֹה**  
 quod prophæte pro-  
 phétias singulas a spiritu S. acceperint, pro  
 temporis, etatis, aut facti alicujus ratione 2.

B

**כְּקָרָא**

**מִקְרָאֵת** Eliæ in Thisbi, quod sunt pars Ie-  
ctionis sacrae seu Bibliorum. Sunt autem vel  
Priores **נֶכְיָאִים** vel **רָאשׁוֹנוֹנִים**

**פָּוֹסְטְּרוֹנִים** **נֶכְיָאִים** **אַחֲרׁוֹנוֹנִים** Illi  
sunt Josua, Judices, Samuel, Reges. Hi  
vel sunt **בְּרוֹלִוֹנִים** majores, quantum ad  
librorum magnitudinem, ut Elias, Jere-  
mias, Ezechiel: vel Minores, qui  
**שְׁנִים**,

**עֲשָׂרֶן** Chaldaicis contract  
**הַרִּיסֶל** duodecim, Graci **δωδεκαπτόφυτον**  
vocant, ut Hoseas, Joel, Amos, Obadias, Jon-  
as, Micheas, Nahum, Habakuk, Sophonias.  
Haggaeus, Zacharias, Malachias.

1. **Josua** עֲשָׂרֶן LXX. In multis continet hi-  
storiā post mortem Mosis annorum plus-  
quam xvii. Capita habet secundum Hebræo-  
rum 24. versiculos 656, querunt medius c. XIII.  
26; secundum Syros capita 19. versus 2167. A  
Josua an aliis, Esra in primis, vel Eleazarō  
summo Pontifice Aaronis F. conscriptus sit,  
disquiritur à quibusdam.

2. **Judices** שׁוֹפְטִים xii.  
Historiam continet, annorum 299, secundum  
alias 329. Capita ex recensione Hebræorum  
continet 21. versus 618, medius est c. x. 8. ex  
Syrorum, capita II. versus 4233: Pinchasus ne-  
an Heli, Samuel, Ezechias, an Esdras ejus sit  
author, non convenit.

3. **Sta-**

PHILOLOGICA

23

3. Samuel שְׁמוּאֵל Origeni בְּבִילָתָן

nomen duorum librorum, qui lxx. libri  
בְּבִילָתָן seu βιβλία dicuntur. Primi, cuius  
forte ad caput xxv. Samuel author, reliquo-  
rum Nathan vel Gad Prophetæ, quamvis &  
Ezechie quidam, quidam Esdræ tribuant, ca-  
pita sunt 31, versus 797. Posterioris, capita 24.  
versus 679.

4. Reges מלכיהם Regum libri duo,  
qui Israëlis & Judæ historiam continent. A  
pluribus forte scripti sunt, Nathane nempe,  
Achija, Semaja, Iddone, Azaria, Jehu &  
Miccejehu: quibus nonnulli Elisæum, Esaiam,  
Achiam Silonitem, Jeremiam & Esram ad-  
dunt. Prior capita 22. versus 809, continet:  
posterior capita 25. versus 712. Sic uterque habet  
versus 1521. quorum medius 1. Reg xxii 6.

5. Esaias ישעיהו ex Prophetis majori-  
bus nobis & in Bava Bathra primus, Rabbi-  
nis secundus. Absolvitur ejus Prophetia ca-  
pitibus 66. versibus 1295, quorum medius c.  
xxxvii. 21. Nullus pleniū, evidentius, & ma-  
gis disertè de Christo egit. Putatur ejus præ  
reliquis Prophetis ex quisitissimam notitiam  
habuisse: prout & Moses suorum vaticinio-  
rum habuit.

6. Jeremias יְרַמִּיָּהוּ Prophetia  
ejus stylo rusticiore conscripta est & ordine  
turbato. Ideo Abarbinel המוקדמת קורין  
B. 2. πρόφετος Ιερεμίας

יְהוָה וְיַעֲמֹד וְיִשְׁתַּחַת אֶל־פָּנָיו. Absolvitur capitibus  
32 versibus 1365. medius est c. xxviii. II. sunt  
qui in terrestri Paradyso superstitem volunt:  
imò ipsius animam in alium migrasse.

7. *Ezechiel* אֵצֶל Propheta capti-  
vitatis Babylonicæ, minus quidem in Prophe-  
tiis suis disertus, sed ita μυστητῶδης, ut Judæi  
juventuti suæ, earum principium & finem le-  
gere prohibuerint. Agit in illis præcipue de  
populi restituzione. Includuntur capitibus  
48. versiculis 1273, quor. medius c. xxvi. I.

8. *Hoscas* הוֹשָׁךְ Propheta Esaiæ σύγχρο-  
νο. Vixit enim sub Uria, Jothamo, Achazo &  
Ezechia. Dicitur fuisse filius Beers, i. e. pu-  
tealis fortè sic dictus, quod legis & doctrinæ  
divinæ uberrimâ copiâ apud ætatis suæ ho-  
mines affluxerit. Vaticinatus est clare de vo-  
catione gentium, & reprobatione Judæorum.

9. *Joël* יוֹיֵל Propheta Judæ, Hoseæ  
contemporaneus. Appellatur *filius Pethuel*  
secundum Senensem, ut ex nomine panis ac  
buccellæ Dei, vati ad annonæ & frugum de-  
fiderandarum imaginem, vaticinium editum  
fuisse videatur.

10. *Amos Thacoensis*, עָמוֹס ex bubulco  
Propheta factus tempore Uziae. Vocatur  
קָטִיעַ לְשׂוֹן Amos blasphæmus, quod vitium  
nomine עָמוֹס על onerosi innui creditur. Con-  
cionatur adversus gentes vicinas, & pœnas  
Judæis ac Israëlitis denunciat,

11. *Oba-*

**11.** Obadias seu Abdias, **עובדיה**

putatur fuisse semicenturio ille ad comprehendendum Elisæum ab Ochoziâ missus. Hieronymo vir ille qui centum Prophetas tempore Jezabelis in spelunca pavit; Rabbinis Edomæus. Concionatus est contra Edomæos.

**12.** Jonas **נוןן** nonnullis Sareptanæ

viduæ filius ab Eliseo suscitarus; verius Judæus ex regione Amithai, vinculo Seth, in tribu Aser. Videtur sub Joa vel Jeroboamo II. prophetasse.

**13.** Micheas **מיכאל** Morastites, Esaïæ

Contemporaneus. Prophetavit sub Iotham, Achazia, & Ezechia.

**14.** Nabum **נָחוּם** Elhosai seu à patria,

seu à familia, seu à munere. Vixisse putatur circa Manassis tempora. Prædictus inter cætra absolute urbi Ninivæ excidium.

**15.** Habakuk **חֲבָקָעַק** filius secundum

paraphrasten Chaldæum Sunamitæ, sed falso. Ante captivitatem, & quidem sub regno Manassis prophetasse verisimile est. Minatur Chaldæis & prædictus Christum.

**16.** Zephania seu Sophonias **צְפָנִיאָה**

Jeremiæ coætaneus. Docuit sub Josua contra Judæos & Babylonios, illosque adventu Christi solatur.

**17.** Haggæus **חַגָּאֵל** caput sub Dario, Hystra-

spida fortè, in captivitate prophetare. Ex-

B 3 hortatus

DE LIBRIS V. T.

hortatur ad templi structuram, idque gloriosum pollicetur.

18. *Zacharias* זִקְרַיָּה filius Barachis, nepos Iddonis, inter sacerdotes à Nehemia numerati, Coætaneus Haggæi. Exhortatur Zerobabelm & Josuam ad templum exstruendum, & vaticinatur de Christo.

19. *Malachias* מֶלֶךְ nonnullis cum Mardochæo, Judæis cum Esra idem. Origeni Angelus de cælo, Epiphanio Sophianus, è tribu Zabulon, propter elegantem formam sic appellatus, coætaneus duorū præcedentium. Objurgat populi & sacerdotum circa cultum Dei & leges connubiorum peccata; Messia prodromum Eliam promittit &c. Dicitur חֹתֶם הַנְבּוּאָה sigillum Prophetarum, quia in eo & series Prophetarum V. T. & scriptio θεοτυπία in libris defecit.

20. *Hagiographa* בְּתוּבֵי Chaldaică Epiphanio γραφα sacra scripta quod scripta sint ברוח הקדש per spiritum Sanctum. Est autem hic explicante Kimchio, secundus Prophetiarum gradus, quo homini nec per visionem, somnum vel auditionem vocis, nec per ecstasim, sed cum sensibus est integris, Propheta contingit. Dividuntur in המשׁ מְגֻלָּה libellos quinque. Judæis וְאֶזְעָחָלָה ita dictos, qui per annum in festis legi solent, ut sunt Canticum

Cantico

*Canticorum, Ruth, Threni, Jeremia, Ecclesiastes, Volumen Esteræ; & alios partim Poëticos, quales sunt Psalmi, Proverbia Salomonis, Jobus; partim Propheticos, ut sunt Daniel; partim Historicos, ut sunt Ezra, Nehemias, & Verba dierum seu Chronica.*

**שִׁיר הַשִּׁירִים** *Canticum Canticorum*

i. e. *Canticum excellentissimum, in quo sub typo conjugii Salomonis & filiae Regis Aegypti, spirituale inter Christum & Ecclesiam, conjugium describitur. Castalius Epithalamium esse dixit. Non permittitur legi à Judæis ante annum trigesimum primum. Rabbinorum tamen est, בְּשִׂיר הַשִּׁירִים קָרוֹשׁ Omnis Sanctorum cuius in cantico canticorum, fit mentio est sanctus. Complectitur. c. 8. versus 116, medius c. iv, 14.*

3. *Libellus Ruth* **רָותֵה** historia Ruthæ Moabitidis, à Samuele fortè scripta, Judæi tempore Abezan judicis quibus cum Boaz idem accidisse putant. Continetur capitibus 4. versiculis 85, medius c. II. 21.

3. *Threni Jeremias*, **אֶיךָ** quomodo, alias **קִנּוֹתָן** lamentationes vel lamenatio cum lyrico conveniens, quâ urbis eversiōnem, & populi captivitatē deflet. Constat capitib. 5. medius c. III. 34.

4. *Ecclesiastes* **קְהֻלָּתָה** liber à Salomo ne in senecta conscriptus, certum pænitentia

tiae indicium. Voluerunt eum inter אָשֵׁר, וְאַתָּה Rabbini referre propter quandam dissonantiam; sed cum viderent in principio & fine verba legis continere, mutaverunt sententiam. Constat capitibus 12, versibus 166, medius est c. v. 7.

5. *Volumen Estheræ*, מְגֻלָּה אֶسְתָּר, historia Estheræ in usum populi magnam partem ex Regum Persicæ Chronicis, à Mardoncheo vel alio excerpta. Ideò nomen Dei ne semel quidem in eo occurrit. Tanti fit ab Hebreis, ut dicant omnes libros Propheticos & Hagiographos tempore Messiae abolitum iri, excepto libro Esther, qui æque stabilis est ac Pentateuchus. Vocatur etiam עֲמֹתָה.

6. *Volumen Psalms*, מְגֻלָּה, quia apud veteres peculiari volumine, & quidem sine ulla distinctionum notis consignabatur, ut in exemplari manuscripto Buxtorffiano, ligno circumvoluto videre est. Complectitur capita 10, versus 166, medius est c. vi. 10.

7. *Psalms Thaliæ*, hymni, laudes, & סִפְר תְּהִלִּים liber laudum, est liber ille, qui Psalmos Davidis dictos continet. Hebreis sunt 150; LXX. Syriacæ & Arabicæ Sionitæ translationi 151: aliis secundum numerum dierum Jacobi 147: illis qui primum & secundum conjungunt 149. Davidis sunt plerique, aliis eorum quorum præferunt nomina. Syri, Davidi 72, filii Core 11. Ethanii unum, Salomonii duos.

duos adscribunt. Triginta duos legales faciunt, novendecim jubilatorios. Ab Esra in unum volumen congestos verisimile est. Titulos habent apud Syros & Arabes diversos, quorum quosdam apud Cl. Hottingerum lingvarum Orientalium Oceanum vide. Thesauri Philologici p. 499. & seqq. Dicuntur 1. vulgo pars Biblia, quod tota cœlestis doctrina in iis explicetur. 2. Hebræis סְפָר liber cumulorum, quod laudum Dei cumulum contineant, & 3.

אַלְפִיָּה בֵּיתָה רֶבֶת alpha betha magnum, vel absolutè Alphabethum. Apud eosdem Psal. cxix in Masora ita dicitur, quia per ordinem Alphabethi ita scriptus est: Psal. vero xci.

שָׁוֹר בְּנֵי Canticum occursum, quod de Dei circa illa, quæ homini occurrere possunt בְּגָעָר seu eventus mali agat. Habet apud Hebræos versus 517. medius est Psal. LXXXVIII. 36. apud Syros 4832.

7. Proverbia Salomonis, מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹן ad verbum, sententiae dominantes, i. e. eximiae, celebratae, scitae, figuratae, eruditæ, brevicolæ, & salutarem doctrinam fundentes. Continentur capitibus 31, versibus 913. medius est c. XVI. 18.

8. Job liber אִירָם, qui fortè ante legem latam, Israël'is in Ægypto degentibus vixit, seu ab ipso, seu ab ejus amicis, seu a Mo-

se scriptus; nisi ab eo ex lingua Arabica vel Syriaca in lingvam Hebraicam translatum malis. Putatur enim lingvā Arabicā scriptus fuisse. Unde Bibliandro Theologus Arabs vocatur. Anabaptis est Tragicomædia Hebræorum. Includetur capitibus 42. versibus 1070. medius est c. XVI. 22. Syriahabent capita 14. versus 2803.

*ix. Daniel* **דָנִיֵּל** prophetia Danielis, scripta potius ab ipso Daniele, quam à Synagogæ magnæ viris, quod Thalmudistæ prodiderunt. Dicitur ab Hebræorum vulgo Prophetæ **הַבְרָהָה** **דָרֶךְ** per metaphoram; imò abhorrent ab ejus lectio-ne, quod adventum Messiae nimis clarè definiuerit. Sed R. Jachiades dicit quod **שְׁהָגֻעַת** **לְקֹצֶר הַגְּבוּל הַנְּכֹוֹןִי**, quod summum Prophetæ terminum sit asecutus. Habet capita 12, versus 457. quorum medius c. v. 30.

*x. Esra* **עֹזֵרִי** liber Esræ, filii Saariæ, filii Asariæ, duodecimi ab Aarone, legis Domini scribæ ingeniosi & velocis. Exemplar Esræ manu in corio scriptum, & in voluminis modum obtortum, nullaque labore à tinea vitiatum, in sacrario ædis Divi Dominici, Bononiæ se vidisse Tiffardus Ambacus jactat, Fides sit penes authorem.

*xi. Nehemias* **נְחֶמְיאָה** liber à Nehemia filio Hacaliah sacerdote scriptus. Dicitur *Esra secundus*, quod ea quæ ab Esra & Nehemia

miā acta sunt, complectatur, quodque in unum apud Hebræos & Græcos compingatur volumen. Continet cum Esrā versus 688, quorū medius 32. Nehemias c. III.

**רְבָרִי הַיּוֹם**

Chronica sive Annales ab Esra sine dubio scripti. Græci παρελθόμενα seu præterita vocant, quia in illis, quæ in libris Regum omissa, exactius referuntur. Continent res ab initio mundi, ad tempora Zedechiæ & Cyri. Constant versiculis 1763. quorum medium est 25. i. Chron. xx. vii.

## CAPUT. II.

### Catalogus librorum Apocryphorum V.T.

**I**ibri Apocryphi dicuntur, vel à voce ἀπότιγμα arcula, quod non fuerint depositi in arca fæderis seu armario Judaico, ut Tertullianus vocat: vel à σχύτῳ occulto, seu quod eorum authores sint incerti; seu quod privatim tantum & non pro ambone in Ecclesia Græca legebantur, seu quod authoritas eorum obscura & incerta. Hebræis sunt בְּנֵי אֶבְשָׁׂדָה absconditi, vel

quod tanquam vitiosè scripti privatisibus reservarentur, aut in terra sepelirentur; vel quod alijs V.T. libris contradicerent, & ideo

מאותה indigni lectu censerentur. Rabbini  
**ה

י
ול** à gentibus seculi multiplicatos  
 scribunt, in **בְּקוֹבֵץ ספרי הַקְרָשָׁה** systemate librorum sanctorum. Rufinus Ecclesiasticos vocat, quia eos majores in Ecclesia legi voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem scripturae confirmandam. Sunt & alii Apocryphi dicti, quos in Ecclesia legi voluerunt, ut Evangelium Thomæ Apostoli, quo Manichæi utebantur. Evangelia quæ corrupit Lucianus, liber fundamentum dicitus, libri quos fecit Lentitius &c. Libri vero Apocryphi V.T. sunt 1. Sapientia Salomonis. 2. Syracides. 3. Baruch. 4. Tobias. 5. Susanna. 6. Libri Hasmonaorum. 7. Judith.

1. **חִכְמַת־סָלוֹמֹן** liber Salomoni adscriptus, quem

Syrâ lingyâ scriptum ad aliquem Orientis Regem misisse R. Moses Bar Nachman opinatur. R. Gedoliah & alii à Philone compositum credunt. Venit aliquando Proverbiorum nomine; ideo etiam à nonnullis Canonicus creditur.

2. **בֶּן־סִירָה** filius Syra, liber ab eo scriptus, qui quia accensetur **סָפָרִים הַיְצָגִים** libris prophani, inter prohibitos apud Judæos habetur. Inventi tamen qui concessere, quod מַלְוִי multa utilia in eo essent **מְעֻלָּיוֹתָה דְּאוֹתָה** להギון ad meditationem, & non ליגעה

**לִגְעֹז** ad laborem, i. e. eo modo quo quis epistolam quamlibet legit; nec ad firmandam fidem, sed ad firmandos mores. Dicitur & Ecclesiasticus.

3. **Baruch** בָּרְחוּךְ scriptum à Barucho Je remiae discipulo dictum, sed ψαλτήριον ab Hellenistâ aliquo consarcinatum.

4. **Tobias** תּוֹבִיאֵה historia Tobiae aliquando ex lingua latina in Hebræam versa, & Constantinopoli primò, postea à Munstero, quem Zemach David authorem versionis facit, sed falsò, edita. Continet nonnulla nugacia.

5. **Susanna** שׁוֹנָנָה historia Susannæ ab aliquo Græco conficta. Etymologizæ illæ τὸν τὸν χίνον χίστην, δένδρον πεινεῖν πεινεῖν ex Græco sunt.

6. **Libri Hasmonæorum** ספרי מַכְבִּיאֵי רְהַשְׁמֹנָאִים historia Maccabæorum, in tres libros distincta, in quibus bella cum Regibus Syriæ recensentur. Prius volumen conscriptum fuisse putatur ab auctore lingvâ Hebraicâ Posterius, est breviarium Iasonis Cyrenæi, qui quinque libros de hoc bello conscripsérat. Hasmonæi possunt dici, vel quasi חֶשְׁבְּנִים legati seu ἔξοχοις καὶ πολυμάχοις viri magni & auctoritate pollentes: vel ab Arabico חֶשְׁמָנִים vel potius כְּשָׂרִים timuit, & Hebræo מְנֻמְנִים, id est, præfecti reverendi: vel à כְּשָׂרִים seu כְּשָׂרִים

**נְשָׁהַת**, quod significat & *irasci*, unde adito Nun, Haschmon iratus, quod justo incitati Zelo hostes Ecclesiæ invasissent; & Erubescere, quod coram eis tanquam præsidibus erubescerent; & Ferberare, quod flagella Ecclesiæ hostium fuerint. *Maccabæi* nomen Judæ soli datum erat, & poterat dici secundum Fullerum, vel tanquam **מִפְרַח בֵּי**

plaga per me, quod Judæis apostatis & gentilibus clades intulerit; vel à **כְּבָהַת** extinxit, quod bella contra populum Dei mota cum para statis soperierit, quæ Etymologia placet; vel à **כָּאַבְיָה** quasi sit dolorem adferens, nempe populi Dei hostibus; vel à **נְקָבָה** tanquam **מִקְבֵּי**, quod mallei instar robur confringendi & contundendi natus fuerit; vel tanquam **מִגְבֵּי** à fractio, quod hostium vires fregerit: vel **תְּבַחַת** mutato Caph in Heth, à amare, quod Deum, Patriam & gentem suam amaverit; vel denique, quod Judæis placet, à literis vexillo insertis **מִכְבָּה בֵּי** ex Exodi xv.ii.

**מִכְמֹנְהָה בְּאַלְיָה יְהוֹרָה**  
*quis inter Deos similis tibi ô Deus!* Nota vero Maccabæos etiam fuisse vocatos. 1. Judæ Maccabæi fratres & posteros, 2. Tam septem illos adolescentes, qui ab Antiocho tormentis cruciati sunt, quam illos qui elephantis objecti fuere. Unde colligas à primis Christianis, quod Scaliger notavit Maccabæos dictos, πάντας τὰς ψευδὰς τὰς θρησκείας διωργοῦντες omnes

mnes ilos qui propter cultum persecutionem patiebantur.

7. *Judith* historia de Juditha & Holoferne, quæ si Hieronymo fides, Chaldæo sermone primò exarata fuit.

## CAPUT III.

*Libri deperditi, quorum* De hac re vid.

*in V. T. mentio.* Pluteus Gal. Bonf. in Praef. in SS. cap. 6. Commentario in Pentades.

**L**ibri qui in V. T. & alibi occurunt, nec prodiere, sunt septemdecim. 1. Liber Chor. Ezech. bellorum Domini. 2. Liber mysteriorum seu absconditorum. 3. Liber faderis. 4. Verba medicinalia Salomonis. 5. Verba dierum Mosis. 6. Liber Cerborum Salomonis, 7. Verba Chozai, 8. Liber Chronicon Media & Persia. 9. Liber Domini. 10. Epicedia, 11. Liber justi, 12. Liber Regum. 13. Libri Physci. 14. Liber judicis, 15. Liber ob-signatus. 16. Verba antiqua, 17. Liber Vita. 18. Liber Zelotypia 19. Liber Fannes & Jam-bres, 20. Liber Enochii.

1. *Liber bellorum Domini* סֵפֶר מִלְחָמֹת Pluteus Gal. Bonf. in Praef. in SS. cap. 6. Commentario in Pentades.  
2. Numeror. xxi. 14. liber Judicum quibus-dam, aliis Numerorum, nonnullis Catalogus, in quo bella quædam descripta fuere. A-p. 235. 836. ben Ezra & Drusio liber festus, ex quo duo versiculi citantur, qui intercidit.

2. *Liber mysteriorum seu absconditorum* מְגֻלַת סְתָרוֹת Pluteus Gal. Bonf. in Praef. in SS. cap. 6. Commentario in Pentades.  
Hal. ol. c. i. liber qui

conti-

continuisse putatur signa quædam, διατεξάσας  
de lege orali, quam vivâ voce discebant,  
quamque ante Judam sanctum nemo conscri-  
psit; à discipulis apposita, & ne oblivione  
traderentur, conscripta.

3. Liber faderis seu Testamenti סְפִירַת הַבְּרוּת

Exodi xxiv. 7. Jarchio liber con-  
tinens decursum à Genesi ad legis lationem  
& præcepta in Mara, seu Exodi caput xix. Au-  
gustino judicialis & Ceremonialia præcepta,  
quæ Exodi xx. ad xxiv. continentur. Cajeta-  
no decem præcepta, & aliæ leges ante pro-  
mulgationem legis in tabulas latæ. Forte illa  
Pentateuchi pars, quâ mandata sacra & civi-  
lia populo Israëlitico data, summatim recen-  
sentur. Catenæ Patrum Mscr. sunt πάντα<sup>τὰ εἰρηνεύομενα διὰ τὸ Εὐαγγέλιον οὐδὲν</sup>  
<sup>τὸ εἰπεῖν, ἵνα γάρ διαλέγωντο τοῖς αὐτῶν, οὐδὲν</sup>  
<sup>περιέστηκεν.</sup>

4. Verba medicinalia Salomonis, ספר רפואות שבעה שלחון

R. David Kimchi in 2. Reg. xx, liber qui con-  
tinebat forte incantationes, & modos conju-  
rationum Salomonis, ut ajunt, notos, quibus  
obstringebantur Dæmones ne redirent. Dicitur  
fuisse absconditus ab Ezechia, qnōd in eo  
homines spem suam collocassent.

5. Verba dierum Moysi רְבָרִי חֲמִינִי  
Abenezra in Exodus, liber in-

quo

quo dicitur fuisse historia de Sephora uxore  
eius Æthiopissâ.

6. *Liber Verborum Salomonis* סְפִּירְ רַבְּרִי שָׁלְמָה 1. Reg. xi. 1. liber fortè a-  
ctorum publicorum, in quo Salomonis ab O-  
zai Propheta res gestæ. Malè de Chronicor-  
um libris sumitur. Nam hi longo post tem-  
pore conscripti sunt.

7. *Verba Chozai* 2. רַבְּרִי חֹזֵי Chronic. xxxiii. 19. liber scriptoris antiquis-  
simi, de sceleribus & resipiscientia Manassie  
Regis Senensi, Videntium seu Prophetarum  
(legi debet חֹזֵי) Kimchio. Sed illa  
in scriptis Prophetarum Canonicis non  
extant.

8. *Liber Chronicorum Regum Mediae Persiae* סְפִּירְ רַבְּרִי חַיְמִים לְמִלְכֵי Estheræ x. 2. annales actorum  
divinorum Regum in publicâ Ecbatana Bi-  
bliotheca servati.

9. *Liber Domini Esaiae* סְפִּירְ יְהֹוָה Chronic. xxxiv. 16. Kimchio Esaiae Prophetia, Jarchio  
historiâ diluvii, nonnullis liber naturæ. Illud  
verisimilius.

10. *Epicedius* קִינּוֹת 2. Chronic. xxxv.  
25. Carmen lugubre in funere Josiæ à Jere-  
mia compositum, quod Josephi tempore  
adhuc extabat. Jarchio postrema pars libri  
Threnorum, sub quarto & ultimo alphabeto  
comprehensa.

z. Sam. i. 19. in quæml. Y. i. Strigel. ita: Liber iusponi (Sehler in  
car) haud publice fuisse potest. Ceteris ad hanc, quod dis nunc est ea,  
sebiara ad Theodoretum.

DE LIBRIS V.T.

סִפְרֵי הַנְּשָׁרֶת

Josuæ x. 13. Jarchio Genesij; aliis ḥadōneō-  
φόντες; nonnullis duo Samuelis libri. Tuttissi-  
mum dicere cum Garsonida, intercidisse cum  
reliquis forensibus tempore captivitatis.

סִפְרֵי הַמֶּלֶכִים

in libris Regum & Chronicorum, dicitur ali-  
quando liber verborum sive sermonum, sive  
dierum Regum Israëlis; aliquando liber die-  
rum Regum Jehudæ; interdum liber Regum  
Judæ & Israel. Liber est ignotus, & qui in-  
juria temporis interiit.

דְּבָרֵי הַטְּבָע

1. Reg. IV. 32. Salomonis nempe de naturis  
plantarum & animalium. Periere cum aliis  
incendio.

4. Liber iudicij vel rationis regni  
סִפְרֵי מִשְׁפָט הַמֶּלֶכִים

25. liber de regni administratione agens.  
Kimchij primi Samuelis pars prima. Hottin-  
gero ea pars capitis octavi, quæ de jure regio  
ex professo tractat.

5. Liber obsignatus

Esaiæ xxix. 10. Senensi est scriptura sacra  
ingenere, Schindlero liber contractionis, cu-  
jus duplex apud Judæos exemplar, apertum  
& obsignatum.

6. Verba antiqua עֲתִיקִים

1. Chronic. iv. 22, authori quæstionum He-  
braico-

braicorum liber Ruth , quia eadem continet  
qvę i. Paralipom. ex libro sermonum veterum  
descripta sunt ; Schindlero nota per Cabba-  
lam & oretenus translata ; Vulgato interpre-  
ti, explicante Senensi , historia Principum.  
quorundam ex tribus Juda , qui regnaverunt  
in Moab ; & historia viri cuiusdam ex eādem  
tribu , qui ducentis ferē post Josuam annis ,  
renovato miraculo solis cursum remoratus ,  
est. Junio verba obsoleta , soci posteriorum  
ignaviā sepulta.

17. Liber *Gita* סְפִיר חֵי Maimon.

More Nevochim p. II. c. 47. per metapho-  
ram Deo tribuitur, quā innuitur omnia no-  
stra facta esse Deo manifesta , accuratamque  
eorum rationem habere. Hinc Arabibus

אללוֹחַ אַלמָחֶפּוֹת אַללוֹחַ  
tabula, vel custodit̄, qua omnia contineri  
volunt.

18. Liber *Zelotypia* סְפִיר קְנָאָתִי

Numer. v. ii Scheda Zelotypiæ, quam sacer-  
dos in poculum redargutionis fēminæ de a-  
dulterio suspectæ, ut vel crimen vel innocen-  
tiam detegret, conjiciebat.

19. Liber *Jannes & Jambres* סְפִיר יְהָנֵס וְיָמְבָרֵס

Drusio ad Pentateu-  
chum liber erat principum Magorum Phara-  
onis, qui Mosi restiterunt. Citat ex eo Apo-  
stolus historiam de illis.

20. Lib.

20. *Liber Enochii*, est ille ex quo Judas prophetiam de extremo judicio citat.

## CAPUT IV.

## Catalogus exemplariorum V.T.

**E**xemplaria antiquissima librorum V.T. eaque nobiliora recensentur aliquot, 1. Hillelianum, 2. Aegyptiacum, 3. Babylonicum, 4. Palestinum, 5. Sinaticum, 6. Jerichonum, 7. Hierosolymitanum, 8. Hispanicum, 9. Samaritanum, 10. Badense, 11. Complutense 12. Bononiense, 13. Mediolanense, 14. Aria Montani, 15. Argentinense.

1. *Hillelianum*, seu **סְפַר הַלְאָיו**, & **הַלְוִי** R. Zacuthin Juchasin, liber *Hillelasmus*, erat exemplar in Legione inventum. Hilleli seu Babylonio qui centum circiter annis ante templi secundi vastationem vixit, seu Principi nepoti R. Judæ sancti, qui circa annum Christi c.c.cxi in Iudea flouruit, & postea sacra Christiana suscepisse putatur, vindicatum, ex quo Judæ Hispani exemplaria illa omnia correxerunt. Pars eius vendita erat in Africam inspectante Zacutho.

2. *Aegyptiacum*, **סְפַר יְרוּעָם בְּמִצְרַיִם**

Codex celebris in Aegypto Maimonid. in Hil. Seph. Thora, exemplar à Ben Aschero, qui Hierosolymis diu fuit, correctum, quod & Maimo-

Maimonides in Libro legis, quem descripsit,  
secutus est. Eliæ Levitæ est סְפַר יְרוֹשָׁלָמִי liber Hierosolymitanus. Sequuntur nunc eum  
Europæi,

3. *Babylonium* סְפַר בָּבֶל libri Babyloni Buxtorff. de punct. vocal. p. 55. Codices Babylonii ad  $\pi\epsilon\sigma\tau$ . R. Mosis Ben Nephali Doctoris Babylonii, qui circa annum M XXXIV. vixit correcti.

4. *Palæstinum*, סְפַר יִשְׂרָאֵל liber Israël, seu Judæorum Palæstinorum, qui sequebantur lectionem Aarons Ben Ascher, Doctoris Tiberiensis. Ben Nephtali simul. Differt aliquanto in lege à superiore, salva textus integritate.

4. *Sinaiticum*, סְנַי Elias in tabul. fract. est exemplar Pentateuchi correcti, quod diversitatem accentuum tractat. Author ignoratur.

6. *Jerichuntinum* חַוְמָשׁ יְרוֹחוֹן pentateuchus Jerichuntinus, El. d. l. exemplar legis correctissimum Jerichunte allatum, de vocibus plenis & defectivis agens.

7. *Hierosolymitanum* יְרוֹשָׁלָמִי Elias ibid. exemplar est, cui R. Jonas Grammaticas teste Kimchio initititur, idem forte cum eo, quod R. Ben Ascher correxit.

8. *Hispanicum*, סְפַר אַסְפָּמִיר liber Hispanie. Elias d. l. synecdochicè omnes libri Hispanie, qui præ cæteris emendati sunt.

g. Samu-

נָסֶח שׁוֹמְרוֹנוּ  
9. Samaritanum, exemplar Samaritanum.

10. Badense Hotting. Thesauri p. 110. in Marchionis Badensis ~~neipnli~~ archio habetur ex Bibliotheca Reuchlini, putaturque tempore Maccabaorum exaratum.

11. Complutense, M. S. Bibliotheca complutensi quinque vel sexcentorum annorum.

12. Bononiense M. S. servatur ibidem in Prædicatorum monasterio, & Canonicorum Cenobio, quod p̄issardus Esræ authographum esse putat.

13. Mediolanense M. S. apud Dominicos Mediolani servatur.

14. Aria Monachorum M. S. ante quingentos annos exaratum est.

15. Argentinense M. S. duobus tomis comprehensum antiquissimum, in quo alternatim textus Hebreus & paraphrasis habentur.

## CAPUT V.

### Catalogus versionum V. T.

Versions Bibliorum V. T. sunt 1. Chaldaica. 2. Syriaca, 3. Arabica, 4. Persica, 5. Samaritana, 6. Græca, 7. Latina, quo 9. Octopla, 10. Heptapla & 11. Ὀντάτευχος.

1. Versio Chaldaica תְּלִינָה per Ιεζοχνη, paraphrasis, seu translatio, Bibliorum V. T. Esra, Daniele, qui semi Chaldaici, & Chroni-

cis exceptis, quorum tamen exemplar in Codice quodam Erpeniano MS. in Anglia inventum, in Chaldaicam lingvam (תְּרַגָּם) idem significat quod פְּתַר exposuit, explicavit.) Edita primò fuit absque punctis: Buxtorfius & alii magno labore adjecerunt. Est autem quintuplex.

1. *Targum Onkelosi*, qui putatur fuisse Titi Vespasiani Imperatoris sororius, & quia gentilismum cum Judaismo commutasse creditur, dicitur Proselytus. Σύγχρονος fuit R. Gamalielis præceptoris Divi Pauli, & fecutus est contextum in plerisque καδανόδαι. Referatur alias ejus origo à quibusdam ad R. Elieferem & Jehosuam, ab aliquibus ad Prophetas.

2. *Targum Jonathani Uzielide* discipuli Hillelis ex octoginta præstantissimi. Veritatem tantum Prophetas.

3. *Targum Meshagir*, quinque libellorum, Ruth scilicet Estheræ, &c. incerti authoris lingvâ Babylonica. Est postremum omnium, ideo fabulis refertissimum.

4. *Targum Raf Jose*, qui alias סִגִּי נָהָר, πολυφωνής, per antiphrasin dicitur, quod cæcus vel luscus fuerit. Transtulit Psalterium, Jobum, Proverbia & Hagiographa, (de his dubitant quidem) stylo inæquali, vocabulis Syriacis, Græcis & Latinis referto. Cameroni est ineptissimus & impudentissimus Scripturæ depravator.

5. *Targ*

5. *Targum Hierosolymitanum* ab urbe vel stylo (plura in eo vocabula Babylonica, Persica, Græca & Romana) ita dictum, à pluribus scriptum ab uno editum.

6. *Versio Syriaca* duplex est. Ex Græca ab Origene permista una; ex Hebræa altera; quarum hac Syri tam Maronitæ, quam Nestoriani & Jacobitæ utuntur. Pars ejus illa, quæ Pentateuchum, Josuam, Judices, Ruth, Samuelem, Davidem, Proverbia, Ecclesiasten, Cantica Canticorum, & Jobum continet, tempore Salomonis orante Rege Tyri Hiram versa puratur; altera curâ Thadæi & aliorum Apostolorum, Regis Syriae Abagari tempore. Putatur Paulus dictum illud Ephes. IV. dediti dona hominibus, ex ista versione ciatasse. In Hebræo enim est, acceperisti dona in hominibus. Usserius sibi integrum V. T. è libro Patriarchæ Antiocheni in monte Libano describi curavit. Extat in Bibliis Polyglottis, quæ aliquot viris magnis, Waltono in primis debemus.

7. *Versio Arabicæ* duplex quoque est. Una, R. Saadiæ Gaon, quam cum, pulsus à Davide F. Zachai Æchmalotarcha delituissest, in gratiam popularium per Asiam & Africam dispersorum confecit, inque ea plerumque longius à verbis & phrasibus abit. Altera, quæ in Bibliotheca Francisci Savarti de Breves Gallici Constantinopoli legati habetur, apud Arabes Christianos nata. Datur & quædam Pentateuchi solius Judæorum Maurorum

rum ab Erpenio edita, Codex optimæ notæ Scaligero, in qua nimis pressè, & quidem ex exemplari Hebraico à communi abeunti, Hebraicæ voces vertuntur: nec non Pentateuchus Iba Sinæ, qui ex septemvirali editione anno Hegiræ 891. translatus, in Bibliotheca Laurentiana servatur. Est & Psalterii versio quadruplex, Hubicensis nempe, Romana, cum punctis & versione, Aegyptiaca, & Syriaca, quarum istæ nondum editæ.

4. Versio Persica integrorum Bibliorum fortè nulla est. Pentateuchum Jacobus Tiusiusaliæ, Tavusius dictus, vertit, difficilioribus omissis.

5. Versio Samaritana Pentateuchi etiam solius est, eaque triplex, Græca, Chaldeo Samaritana & Arabica.

6. Translatio Græcæ quadruplex est, 1. LXX. Interpretum 2. Aquilæ 3 Symmachij 4. Theodotionis. Græcis dicitur ἡ τὰν ἵβδομένην τὰς ἰερουσαλήμια.

7. Translatio LXX Interpretum, Hebreis **הַזָּקָנִים תַּעֲקֹרֶת הַשְׁכָנִים** scil. seniorum, est celebris illa versio, quæ, procurante Ptolomæo Philadelpho, seu ut alii patre ejus Lagidâ, non ex Syriaco, ut R. Gedaliae visum, nec ex Chaldeo, ut Philoni, sed ex Hebraico in Aegypto à LXX ab Eleazar delectis, ut ab Aristeo, qui & nomina prodit refertur, à LXXII. viris Synagogæ magnæ, ut Hilario & Baronio visum, & quidem haud sine miraculo, ut quidam fabulantur, confe-

Etā est. Sunt qui totum Testamentum vetus  
verisse credunt; sed sunt etiam, qui Pentateuchum duntaxat. Utebantur ea in syna-  
gogis suis per universum ferè orbem, docen-  
te Tertulliano, Hellenistæ. Tempore Orige-  
nis & Hieronymi Lxx. exemplaria lacerata  
fuere & inversa. Romana literis aureis ma-  
joribus scripta, in Vaticana Bibliotheca vi-  
fitur: sed in qua plures notiorii errores. Lon-  
dinensem Theclæ Virginis manu xstate Con-  
stantini M. exaratum, & à constantissimo  
Martyre Cyrillo Patriarcha Constantinopo-  
litano, Regi Martyri transmissam ipsi vidi-  
mus. Dicitur Mass. Soph **מעשה בחמשה וקנין**  
**Opus quinquaginta seniorum**, seu quod  
et author ille interpretes fuisse crediderit,  
seu aliam ob causam.

2. *Translatio Aquila Pontici*, qui Adriano  
Imperatori coævus & carus, gemina fuit;  
quarum altera dicitur **καὶ ἡ ἀγείβειαν Hiero-**  
**nymo**. Author etsi ex gentili Christianus,  
post Judæus, quod ob nimium Astrologie  
studium à Christiana Ecclesia pulsus esset:  
tam curiosus tamen, ut & etymologias  
transferre conatus sit. Confunditur saepe à  
Judæis cum Onkeloso.

3. *Translatio Symmachi*, à Symmacho fa-  
cta est, qui Aurelio Vero Imperatori coævus,  
ex Samaritano Judæus, ideo iterum circum-  
cisus, laborem hunc πέος Διεροφῆν τὸν τῶν  
πηρὰ Σαμαριταῖς εργάσιον, ad confutationem  
Samaritarum interpretationum impendit.

4. *Trans-*

4. *Translatio Theodotionis*, Theodotioni Pontico debetur, qui primò Marcionita post Judæus & circumcisus. Τεῖχος εἶχεν τὸν πλείστου δέκα τῆς σωμάτιας τῶν εἰβορύνηται δύο: plurima retinuit vestigia eorum, quibus jam asseverat.

7. *Translatio Latina* multiplex est. 1. Itala ita dicta, quod ejus in Ecclesiis Latinis tempore Augustini, communior usus esset, incerti est authoris & ex LXX. traducta. Prævalebat, tum quod verborum esset tenacior cum sententiæ perspicuitate. 2. Hieronymi, duplex, ex Græca nempe LXX. interpretum, & ex Hebræo sub asteriscis & obelis edita, quorum hi significabant, plus LXX dixisse, quam in Hebræo est: Illi, qui Theodotionis versioni ab Origene additum esse. 3. Vulgata, quæ à quibusdam Hieronymo tribuitur, ab aliis Hieronymi esse negatur: à nonnullis putatur ex Itala seu vulgata, illa vetere ab Hieronymo correcta, & nova Hieronymi conflata esse. Quia enim Veteris & Novæ appellatio confusionem & contentiones pariebat, factum est, ut Gregorii tempore, sublatis Veteris & Novæ nominibus, communis seu vulgatæ nomen utrique imponeretur. Recepta est à Tridentino Concilio pro authentica. Numeravit in ea aliquando Isidorus Clavius 80000. errorum. Est vel *Sixtina* quæ à Sixto V. Pontifice edita est: vel *Clementina* quæ à Clemente VIII. quæ in haud paucis à priore abit. 4. *Aliorum*, ut *Tigurinorum*,

Santis Pagnini Nebiensis in Corsica Episcopi,  
Munsteri, Caftalionis, Tremellii & Junii,  
&c.

8. *Ochaplæ Bibliorum*, ab Origene edita,  
& ita dicta, quod octo exemplaria contine-  
ret, nempe textum Hebraicum, Hebraicis &  
Græcis literis scriptum, versionem LXXII, vi-  
talem, Aquilæ, Symmachî, Theodotionis,  
Hierichuntinam, quæ tempore Antonini  
Caracallæ Hierichunti in dolio, ubi diu deli-  
tuerat, reperta fuit, & Neapolitanam, quæ  
imperante Alexandro Mammeæ Nicopoli  
in septentrione è dolio eruta, & quam Atha-  
nasius περὶ τῶν ἐπιζοστλύματος παραδίδει  
confectam credidit.

9. *Heptapla Regia Biblia* editionis Par-  
sensis nuperæ, in qua textus Hebræus, Sa-  
maritanus, Chaldæus, Græcus, LXX interpre-  
tum, Syriacus, Latinus ex versione Hierony-  
mi & Arabicus.

10. Ὁκτάδυχος, *Ochateuchus* Photio,  
sunt octo primi V. T. libri, quorum poëti-  
cam metaphrasin Eudocia laudat. Αὐτογένη  
inquit, μετάφρασις τῆς ὁκτώτερης ὥχης. καθ' ἡρῶν ἡ  
αὐτὴν μέτρον ἔμποιει. λόγοι δὲ ἢ ἡπταν ὁκτώ καθ'  
δρόβιον τῶν ἀμειφθέντων

DE

**FESTIS  
GRÆCORUM  
SCHEDIASMA**

TITULUS L.

De

Festis Deorum & Heroum  
apud Græcos

CAPUT. I.

De

Festis Jovis.

**E**sta apud Græcos Diis vel  
Deabus, Heroibus & Heroinis saera-  
ta erant. Inter Deos sunt Juppiter,  
Apollo, Bacchus, Mercurius, Ne-  
prunus, Vulcanus, Saturnus, Priapus, Cu-  
pido &c.

1. *Jovis festa sunt, 1. Αμφιλά, 2. Δαίδαλος*
3. *Διπόλια 4. Διπόλια 5. Δωρεῖα 6. Εγκυμόνια,*
7. *Ιθάμηαι 8. Ελαύθερα, 9. Μεμακτήσια, 10. Ολύμπια. II. Ομελαια, 12. Πανδίξ, 13. Σαβάναια,*
14. *Ταλαιόπης.*

I. *Αμφιλά Hesychius Jovi fuisse agitatum*  
*scribit. Quid in eo actum ignoratur.*

C 3

2. *Δαίδαλος*

2. Δαιδαλα Pausan. in Bæoticis, à Bæotis & Platæensibus celebrabantur. Origo, Junonis in Eubæam à Jove secessus, quam Juppiter ex consilio Cithæronis Platæensium Principis, simulachro ligneo quod in curru tectum pro Platæa Asopi filia sibi quasi despontata circumducebat, deceptam, fraude lætam reduxit. Exponebant in querceto Bæotiae maximo carnium elixarum frusta ; ex quæ quercu in quo avis abrepto aliquo considerat, faciebant signum ligneum δαιδαλον dictum. Erant & Minora, & Majora. Illi Platæenses privatim septimo quoque anno obibant, inque iis signa quatuordecim, quotannis facta, sortitò à Platæensibus, Chæronensibus, Orchomeniis, Lebediensibus & Thebanis tollebantur. Hac à Conventu Bæotiorum sexagesimo quoque anno celebrabantur. Simulacrum ad Asopi fluminis ripam ornabant : pronubam in plaustrum sublatam mulieres pompæ præficiebant; Ordo sorte ducebatur; tandem plaustrum ad Cithæronis plaustrum agebant. Ibi Junoni bove, Jovi tauro, hostiis, vino & odoribus repletis honor. Δαιδαλο aræ imposita, omniaque simul concremabantur.

3. Διγοτα Ethymol. author. Athenis fuere decimo nono Munychionis die. Pompa in equis ducta, & liberis munuscula à parentibus emebantur.

4. Διπόλια Prophyr. μετὰ δωρχῆς, agitantur quoque Athenis in arce Jovi τῷ πολιεῖ seu

## GRÆCORUM

5

seu πλανίω. Ponebantur in mensa ænea mo-  
la & liba. Circumagebantur boves, qui de-  
gustasset, mactabatur. Trium inde familia-  
rum ibidem nomen.

5. Διονεῖα Eustath. ad Iliad. 8. Jovi τὸ  
Διοπές sacra erant.

6. Εργαπτόρια Paus. in Messen. perage-  
bant Jovi Ithomatæ apud Ithomen Messenii,  
si quando centum cecidissent.

7. Ιθώμηγα Pausan. in Moſon. eidem ab iis-  
dem sacra. Erat & certamen Musicum anti-  
quitus.

8. Ελαδίνεια Pausan. in Baot. singulis pri-  
mò quinquenniis celebrata ; mox Platæenses  
quot annis cæperunt. Decimo sexto Μετα-  
Eterionis die agebatur primâ luce pompa, in  
qua tibicem classicum canens, plaustra myr-  
to & coronamentis onusta, una cum taurō  
nigro. Priori ingenui inferium vinum, lac,  
oleum & unguenta portantes, Archon Platæ-  
ensis puniceo sago amictus cum hydria &  
gladio ad monumenta Heroum procedebant,  
ibiique iste immolato tauro, Jovem & Mer-  
cureum τὸν χθόνιον præcatus, viros fortes, quā  
pro Greciæ libertate occubuisserent ad Cæ-  
nam invitabat, iisque craterem vino plenum  
propinhabat. Nulli servo ministrare licitum.  
Fiebat & agon gymnicus in honorem jovis E-  
leutheri. Currebant ante aram armati ;  
maximaque cursus proposita præmia. Ce-  
lebrabant & servi libertate restituti privatim  
Ελαδίνεια.

9. Μαρτίνεια Jovi τῷ Μαρτίνῳ mense Memacterione fieri solebant. Ritus nullibi forte invenies.

10. Ολύμπια Thucyd. I. i. & Elide & Athenis, apud Macedonas & Nicænenses celebra-bantur, eratque & certamen, quod antequam adirent agonistæ, sacra pro felici successu faciebant. Præmium viatoris corona ex apio vel lauro.

11. Ομολαῖα Schol. Theor. Idyll. VII. agi-tavere Thebani & Thessali in honorem Jovis τῷ Ομολαῖῳ, & Cereris τῆς Ομολαῖας.

12. Παιδιά Ethymol. author, Jovi sacra-Athenis, δὲ τῇ πάντῃ θεού τῷ Δίῳ dicta. Por-terant & δὲ παιδιάς τῆς εὐλόγης dici.

13. Σαβάσια Arnob. I. v. Jovis τῇ Σαβάσιᾳ festa, in quibus aureus coluber in finum de-nittebatur consecratis, & eximebatur rur-sus ab inferioribus partibus atque imis. Ini-tiati Σαβοὶ dicebantur.

14. Ταλαιπών Hesych. Jovis τῇ Ταλαιπών apud Cretenses agon gymnicus.

## CAPUT II.

### De Festis Apollinis

**A**pollinis festa erant I. Ακτα, 2. Αλις, 3. Απολάνια, 4. ταλάξια, 5. Δευόπια, 6. Ερεθύμια, 7. Δαριφέσια, 8. Δελφία, 9. Δάλια, 10. Επιθελάνια, 11. Θεργύλια, 12. Μιτυληναῖα, ἔοτη, 13. Μεταγένεται, 14. πολεῖα, 15. καρεναῖα, 16. πιναέψια

## GRÆCORVM

35

16. πυανέψια, 17. ὑακίνθια, 18. θράσιος, 19. ἴβδόρητος,  
20. Επιδύμια Απόλλωνος.

1. Απόπει Stephan. περὶ πόλεων, feriabantur Acarnanes in urbe Actia, in honorem Apollinis Actis, singulis trienniis. Bos instantे festo muscis immolabatur, ut sanguine ejus saturatae avolarent, nec festo molestas escent. Certamen erat gymnicum, equestre, & navaile. Augustus victo propè Actium Antonio, & exstructa Nicopoli, certamen Musicum, gymnicum, & equestre in quintum quemque annum instituit.

2. Αλιος Arifid. in Rhodiac. Soli dabant Rhodii xxiv. Gorpixi. Certamen pueri & viri, præmium Corona populea.

3. Απολλώνια Pausan. Corinthi apud Sycionios erant, inque illis pueri & puellæ septem ad Sytam flumen abeuntes, Apollinem & Dianam in svadela fanum ducebant. Rem & originem apud Pausaniam vide.

4. Γαλάζια Hesych. Apollinis fortè τῆς γαλάζιας erant. Coquebatur in illis πόλεσσοι κολιθοί, puls hordeacea in lacte.

5. Δρυόπια Pausan. Messen. Dryopi Apollinis F. apud Athenienses sacra erant. Placuisse hoc referre.

6. Ερεθίμια Hesych. Apollini τῷ Ερεθίμῳ peragebant Lycii.

7. Δαφνωτοῖαι Procl. in Christomath. anniversaria Apollinis Ismenii & Galaxiæ erant. Puer patrimus aut matrimus, formâ & natâ libus clarus præterat sacris, lignum corona-

C 3

tum



τούμ καπά dictum gestante aliò. Δεφηφόρη illi nomen, quia laurum manu contingebat.

8. Δελφίνια Panfan. in Attic. Apollini δελφίνι mense δελφίνι apud Αeginetas sacrabantur. Colebatur is & ab Atheniensibus, ei que templum non longè à Jovis Olympii.

9. Δέλια Theodoret. Therapeut. vii. Apollo Delius sibi vendicabat quinto quoque anno. Curabant se isegopoiō.

10. Επιθεράντια Hesychio memorantur. Quid in iis actum, ignoratur.

11. Θαργυρήδια Ethymol. author. Apollinis quoque Delii, sed & Dianæ apud Milesios & Athenienses erat. Illis multo cum vino & preciosorum impensacelebratum. His, mensis Thargelionis die sexto & septimo, binis tribubus unum impensarum præbitorem exhibentibus. Rami oleaginei circumferabantur, Urbs lustrabatur, Chorus tam ασπίδες seu virilis, quam κύκλος circularis agebatur, inque eo victori tripodem in æde Apollinis à Pisistrato erecta offerebat. Liberti adoptivi in curia præsentabantur. Nec pigius tunc capere, nec quicquam, quod alterius esset, licebat. Secus agente, actio, in conventu qui in æde Bacchi habebatur. Ritus plures hæc sequentia vocabula dabunt.

12. Ειρεσιώνια Porphyri. περὶ δεσμῶν 1. ii. rami oleaginei lanā obducti qui circumferabantur. Dependebant ex iis, panis, ficus, μημαίκυλα, κείθαι, πυρρὶ &c.

2. φαρμακοί Hellad. Chrestom. 1. 3. apud Photi-

Photium, duo viri (Hesychius virum & fœminam ponit) δημοσίᾳ τε φόρῳ de publico sustentati, qui εἰς λισθρόις, ornatius vestiti, extra urbem ducti, eam lustrabant, uno vi- rorum, altero fœminarum vices subeunte. Suspendebantur immolendis caricæ ē collo, nigræ pro viris, albae pro fœminis. Dabatur in manus, caseus, maza, Cōrica; septies colaphis, se illis, sicibus agrestis &c percussi, igne ex lignis infelicibus exstructo crema bantur, cinis spersis in mare. Dicebatur etiam σύνεσταχτοί Helladio; οὐδέποτε Hesychio, quia sicibus petebantur: καθάρου Τζετζα: revera enim tales: φαγμακοὶ ut dixi, à Phar maco quodam, qui sacras Apollini pateras furatus, ab Achille deprehensus, lapidibus obrutus est. Illius hi ritus imitatio.

3. Κερδίνωνος Hesich. modulus cantus tibiæ, ad quem φαγμακοὶ extra urbem deducabantur.

4. φαγμακὴ Hesych. χύτα seu olla, quā τῆς γαστρί ταῖς πόλεσι cibus parabatur.

12. Μεταλυταῖς ιοργῇ Thucyd. l. 3. à Melitenensibus in honorem Apollinis Μελίθεως extra urbem agitabatur.

13. Μεταγειτνία Plutarch. de exil. Apollini μεταγειτνίᾳ mense Metageitnione à Meliten sibus Atticæ populo qui Diomea commigra rant, dicebatur. Sacrificium in eo.

14. πολεῖα Pausan. in Baotidis Apollinis τὰ πόλεις seu cani apud Thebanos erant. Tauri priscis temporibus immolabantur. Cum vero aliquan-

aliquando propter moram eorum, qui taurum adducere debebant, bos de plaustro prætereunte mactaretur, statutum imposterrum ięgūles būs dūer, domitos boves offerre.

15. Καρνατα Athen. l. iv. Apollini celebabant Spartani, mense Carneo per novem à septimo dies. Novem assignatae omixidit diez, in quorum singulis novem viri ad mandatum per præconem denunciatum, novem continuos dies coenabant. Tunc & certamen in quo primus vicit Terpander. Sacerdos qui sacra faciebat Αγνής Hesychio

16. Πυρόψια Harpocratior honori Apollinis à Theseo in urbem reduce institutum, & à fabis (πύρων) antiqui dicebant pro πύρεω Harpocratior πύρων vocat) quæ in eo coquabantur dictum est. πυρόψια aliis, Ramus oleaginus, cui ειρεσίων nomen, vel laureus lanā coronatus, & fructibus omnis generis, qui Αλαζόνα, onustus (pyra, mala, & alia exceptit Strabo) à puerο cui parens uterque superstes, cum cantu portabatur; qui ante templum Apollinis positus, festo exacto ante ædes paternas statuebatur. Carmen erat

Ειρεσίων σύνη φέρει καὶ πίονας λέγεται

καὶ μέλι ἐν κρύσταλλοις, καὶ ἔλαυον αἰώνιοντας &c;

Eiresion fert ficus & panes pingves

& mel in cotyla, & oleum ad frigendum.

17. γανθία Hyacinthia Athen. l. iv. Apollinis & Hyacinthi honori à Laconibus, per triduum mense qui illis ἐγενούμενος, apud Amyclas in Amyclo seu Apollinis Amy-

clæ

clæi templo quotannis datum. Primo & tertio die deflebant Hyacinthum, eique mittebant inferias. Cæna sine coronis, sine pane: bel-laria tantum proponebantur & sine hymno. Secundo διαποικιλη spectacula varia. Pueri in tunicis præcincti; pulsus citharæ; discursus in equis exornatis per theatrum; poematum à Choro ~~recitacionem~~ cantus; saltatores seu ὄρχηστη staticulos prisci moris ad cantum & tibiam dantes; Virgines pars επὶ τῶν ηγεάθων καμφεότων in pilentistectis, pars in curribus agonisticis. οφ' αὐτῶν εγενέται εἰδομένων pompæ spectatrices; multæ hostiæ, & familiarium ac servorum ad cænam invitatio. Tum & pœan, & à præfecto chori suus cuique locus. Sacra Apollini ab hedera coronatis. Tum & Timomacho Laconibus olim contra Amyclæos subsidio, lorica ænea proponebatur.

18. Θεὰ festum ab Hesychio Apollini tributum. Sed rituum non meminit.

19. Εβδομήν Gellio l., xv. Noctium Atticar. septimo quoque lunæ die, quem Apollini natalem credebant, qui inde εβδομαζευς Athenis celebrabatur. Gestabant in eo lauzum, coronabant canistrum, caneabant Deo hymnum, & Ephebi agitabant convivium.

20. Επιδημία Απόλλωνος Procop. in Epist. ad Zachariam, agitabatur Delphis quasi in præsentis honorem.

DE LIBRIS  
CAPUT III.

*De  
Festis Bacchi,*

**F**ESTA in honorem Bacchi celebrata sunt.

- 1. Αργυπησ. 2. Αυβροσία, 3. Αργισίεις,
- 4. Αονάλαι, 5. Βανχεῖα, 6. Θεοίνεια, 7. Οὐία,
- 8. Ιοβάκχειος, 9. Δαμπτήειος, 10. Λύνεια, 11. Νεοί-
- νεια, 12. οὐιέια, 13. Τύρβη, 14. Φίδεια, 15. οὐο-
- νεια, 16. αερτόγεια.

1. Αργυπησ Hesychio apud Arbolam Siciliæ urbem. Nomen à pervigiliis, quæ Deo illi debebantur.

2. Αυβροσία Ethymol. author. mense Le-  
næone quo fvetum τεσ' ὄνεις εἰσομιλεῖται à Græ-  
cis celebrabatur.

3. Αργισίεια Ethymol. author mense An-  
thesterione per triduum à die undecimo ex  
Pandionis seu Demophontis instituto agi-  
tabantur, & quia ἡ αὖτη inferebantur, no-  
men inde. Primus dies qui πτοιζεια, quod  
tumdolia aperirentur, sacra facta. Statutipro-  
prii in eam rem crateres, & pueri trimi co-  
ronati. Peractis, datum vinum omnibus, &  
nec servo quidem prohibere fas. Chæronen-  
ses diem ἀγάθης δαιμονοῦ appellabant. Secun-  
do qui χόεις & δωδεκάτη, quia Anthesterionis  
duodecimus. Baccho τοῦ ποντοῦ sacer, Mer-  
curio τοῦ κλονίου sacra fiebant. Certamen bi-  
bendi per præconem ad tubæ sonum. Propo-  
sum præmium, uter inflatus, quem tollebat,  
eidem

eidem insistens, mensuram congii ebibisset. Præter utrem vino plenum, dabatur & corona ex foliis contexta. Tum & ebrii à commessantibus per convicia deridebantur, merces mittebatur Sophistis. Origo apud Athenæum exacta. Terro qui χύτεος, olla μανιπέμη illis qui ex diuvio evaserant ad ignem: sed inde Mercurii reverentia nil gustatum. Poetæ quatuor dramatibus inter se certabant; Victor ex lege Lycurgi civitate donabatur. Exacto festo protrudebantur servi ad opus, cum hoc dicto, Ηρακλῆς καὶ ἐστιν Αργονήπα. Fassestis Cares, jam non sunt antheftas.

4. Ασκαδίοις Aristoph. Pluto insiliebant in Attica uno pede in utrem ex pellibus hircinis, unctum & vino plenum, οἱ γέρεγαν ρεσιμοι. Insilire ιωναλίζειν dicebatur. Insistenti uter præmii loco.

5. Βαρχεῖα Bacchanalia Hesychio dicta, sed sine ritibus. Hoc tantum, θυρσοπλῆγες οἱ τοῦ βαρχεῖοις εὐθεζεῖμός.

6. Θάσια Hesych. agitabant populi Atticæ. Athenienses etiam, sed θάσιοι vocabant.

7. Οὐία Paus. in Eliac, celebrabant Elei stadiis extra urbem octo; credebantque Deum eō accedere. Deponebant à sacerdotibus tres in facello vacui lebetes, civibus & peregrinis spectantibus: obsignabatur ab uno quoque suo annulo facellum. Postero die ingressi, signacula integra, lebetes vino plenos inveniebant.

8. Ιοβακ-

8. Ιοβανχείων Demosthenes Orat. in Nεξ-  
ταμ meminit, sed de ritibus planè nihil.

9. Διηπειρεία Pausan. in Achaeic. Pelle-  
nenses in Achaja honori Bacchi τὰ λαμπτῆ-  
ας dabant. Faces noctu in templum infer-  
re, & vini crateres per urbem passim dispo-  
nere solemne.

10. Δύναμα Hesych. Athenienses mense Le-  
ππον, autumno nempe definente, quotan-  
nis celebrabant. Tragici quatuor dramati-  
bus certabant; quorum ultimum Satyricum.  
Agon sacer, cui ὁ βασιλεὺς & ἵππελυται præ-  
erant. Peregrinis interesse nefas.

11. Νέστια, (hodie editur Νεστία) Hesych.  
novi vini tempore celebrabantur. Eadem  
apud Romanos *Mediterranea*.

12. Σπιέλα Paus. in Arcadic. Alex Arca-  
diae oppido celebrabantur. Bacchi simula-  
chrum sub umbone desidens producere mos-  
erat: fæminæque sese, exoraculi Delphici usu,  
flagellabant.

13. Τύρεια Pausan. in Corinth. Achivis cele-  
brare svetum meminit. De ritibus altum  
silentium.

14. De φέλλᾳ apud Suidam lege, Initium  
fuisse τὰν δυοτάτα scholia festis Aristophanis ad  
Nubes author est.

15. Δυοτάτα, seu πυρία μάρρα, Magnis anti-  
quiora, celebrabantur mense in thestero-  
ne Athenis in Limais in templo Bacchi, Mi-  
nistra xx.

16. Πρεγεύμα Hesych, Baccho cui περγεύ-  
μα

*zns* cognomentum sacram erat, & Neptuno.  
Idem iste cum *ωτευγαιν* cuius festum A-  
chilles Tatius l. ii. describit.

## CAPUT IV.

*De*

## Festis Mercurii &amp; Vulcani.

I. *Festa Mercurio sacra* erant "Erga &  
*θεοξύνα*.

1. *Erga* Pollux l. i. c. i. plurimi obibant.  
1. Athenienses & sacrorum foeminæ hedera  
coronatae. Ferebatur in pompa amphora vi-  
ni, & palmitis fermentum: post trahebatur  
capra, sequebatur calathus cum sicubus, tum  
*Phallus* seu *Priapus* ex ligno ficalneo an corio  
factus, ( nisi deformatas hominum ima-  
gunculas pudendis magnis prominenti-  
bus esse malis, *κλεψυδρα*, quod membra filii  
trahi & agitari possint, ) quem de collo su-  
spensum omnes portabant, *φαλλόφοροι* hinc  
dicti, rectaque ex adverso fuligine repleti  
incedebant. Hos qui sequebantur *πιογγεις*  
sagulis semialbis & Tarentino tegmine ad  
talos cooperti, serpillo vel densa ex violis &  
hedera corona caput ornati, *Ιθυφαλλοι* voca-  
bantur. Successu temporis devenit devotion  
ad insaniam. Ministræ *Menades* inter quas  
Sileni, Bacchæ, Lenarchio Tityri sacræ ope-  
rabantur. *Onum* inter consecrata; *Vannus*  
quo triticum purgatum, inter purgatae animæ  
signa, Quidam cum Lenæis eadem faciunt,  
quidam

quidam in palæstris , per comedationes & promiscuam libidinem. Ideò prohibitum ne quenquam cum adaltum in gymnasium ingredi permetterent gymnasiarchæ , nisi lege de ingeniorum corruptela teneri vellent.

2. Phancata in Arcadia. 3. Cylenenenses in Elide, apud quos membra arrecti specie Deus colebatur. 4. Pellenenses in Achaja ubi agon erat. 5. Cretenses, apud quos tunc epulantiibus servis Domini famulabantur. 6. Tangrai in Bœotia Mercurio κεφόρῳ quo juvenum τῷ εἰδῷ νύμματος, arietem humeris portans muros circumibat.

2. Θεοζήνια Schol. Pindari, in Achaja agitabant Pellenenses. Non tantum Mercurii, sed & Apollinis honori dabantur.

II. Vulcano dicata erant 1. ιφαισια 2. λαμπτας 3. χαλκεῖα.

I. Ηφαισια Xenoph. de Rep. Athen. Vulcanalia, in quibus lampadum certamen, de quo mox.

2. Λαμπτας Hesych. lampadum certamen erat, quorum etiam & alibi mentio , & quod Vulcanalibus debebatur. Certatum in Ceramicō, cursu, palæstra, atribus , faces ex turri quadam ibidem distributæ. ( ad Cupidinis statuam à Pisistrato erectam in Academia aliis scribunt. Sed unum erat ) Inter currendum vice inter se partita ēν Αλαδοχῆς, faciem accensam alius alii dabat. Aliquando se planis manibus feriebant, quæ verbera κυρρειαὶ πλάγιαι, victor λαμπταδιφόρῳ dicebatur.

tur. Præsides δὲ βασιλές & ἡγεμόνες.

3. De χαλκίοις in festis Minervæ dicemus.  
Posteaquam fabris propria esse cœperant,  
Vulcano Deo consecrata sunt.

## CAPUT. V.

De

Festis Neptuni, Saturni  
Cupidinis, ♂, Priapi

1. N eptuno erant sua 1. Θυνάῖος 2. Οὐχί<sup>τ</sup>  
στα 3. Ποσεΐδης 4. Ταύραῖα 5. Ταῦρος  
6. Αἰγαῖται εορτή 7. μεράνια.

1. Θυνάῖος Athen. l. vi. sacrificium erat,  
peragebaturque post thynnorum capturam;  
quæ, si felix, primus thynnus immolabatur.

2. Οὐχίστια Pausan. in Baet. à Thebanis  
Neptuno τὸ Οὐχίστια sacra erant.

3. Ποσεΐδης Hesych. vel potius ποσειδώνια,  
ut Theodor. Thera peutic. l. viii. hahet, sa-  
cro quodam celebrabantur, quod Ὁνείλεον  
dictum.

4. Ταύραῖα Hesych. Neptuni τὰ Ταύραῖα a-  
pud Lacones erant.

5. Ταύρεια Hesych. Neptuno quoque τὰ  
ταῦρα tribuebantur. Fortè Ephesi celebra-  
bant, inque illo, adolescentes qui vinum mi-  
nistrabant ζεῦς dicebantur. Hinc isti Hesy-  
chio, οἱ περὶ ἐφεσίοις ὀνομάζονται.

6. Αἰγαῖται εορτὴ Plutarch. in quaest. Grac.  
sacra & convivia per xvi dies institueban-  
tur, in quo ipsi sine servis ministrabant,

μητρόφαγοι

*μεντάγοι* hinc dicti, & postea Veneri sacrificabant.

7. *Γεραῖσια Schol.* Pind. Geræstii dabant, propter tempestatem, quæ circa Geræstum accideret. Erat ibi & templum celeberrimum.

II. *Saturno* data erant *κέρωνες*, ut apud Theodoretum Therap. l. vii. habemus. Scholastes Aristophanis eadem cum Romanorum saturnalibus facit.

III. *Cupido* habebat sua apud Thespientes *ἱερὰ Λαζαρία*, vel potius *ἱερὰ Ιαζαρία*, de quibus plane nihil occurrit.

IV. *Priaps* honori celebrata *πειάπια*, cui & mysteria propria fuere: ut Theodoreetus Therapeut. l. i. tradit. Forte in iis μόχησιν σύντετα ρήμα τοῦ μεγάλου τῶν μυστηρῶν μυστηρίων ἵστορας exhibebat.

## CAPUT VI.

### De Festis plurium Deorum.

*Pluribus Diis* dicata erant I. *Απατέλαι*, 2. *Νεράνια* 3. *Τειτοπαθόεια*, 4. *Αποκομπά*. I. *Απατέλαι* in honorem Jovis, Minervæ, Bacchi, Dianæ & Cereris sed illius præcipue, Athenis mensæ Pyrene punctione celebrabantur; Tres dies vulgus, quinque senatus & Curia aliae insunsero, idque à Cephisodoro Archonte constitutum. Primus dies *δρεπτας*, quo luculentum circa vesperam inter *φεγγά*

et epulum, puer ad aras adductus, isque tertio albo civium inferebatur. Secundus ἐνάπ-  
ποιος quo Jovi & τῷ Θεότησι & Απαρτίνοις, Mi-  
nervæ & Baccho, qui μελαναγρις cognominatus, sacra. Inter hæc puer ille ad aras Diis  
quasi sistebatur: & cum facibus à foco sum-  
ptis in pulcherrimis stolis cursus, Vulcani, à  
quo ignis usus memoria. Tertius οὐεράτης, in  
quo liberi tam naturales quam adoptivi in  
tribules referendi, curiae à parentibus offere-  
bantur; filii triennes & quadrienes, secun-  
dum quosdam eodem anno nati, pro quibus  
juratum Athenienses esse & Athenis natos.  
Comā resecta sacra Dianæ siebant, quod θεῖον  
Θεότησι, & qui negligerent, Επιπούλαιον Laco-  
nibus dicebantur. Ovis vel capra immolanda  
certi tumponderis: & quia per ludum μελον  
μελον quasi infra justum pondus esset à tribuli-  
bus acclamabatur. Offerentes μελαγχόλι, ho-  
stia μελον, prout ovis οργήνε, Capra οργήνε  
appellabatur. Sacrificium οὐεράτης, quia tum οι-  
κογένεις τις Θεάπεις εἰς γαφῆντο. Unde & dici  
nomen Filie jam nupturę referebantur in tri-  
bules. Sacrificii nomen γαμήλια. Tum & Cere-  
ri τῇ οὐεράτησι in trivio à mulieribus sacra,  
quibus virum intervenire nefas. Dies ulti-  
mum sequens ἐπιβῆτα dicebatur, quod & cui-  
libet festum sequenti nomen.

2. Neplūnia, Plutarchο l. de Sistando ere alieno dierum sacratissimus, οὐεράτησι τῷ οὐεράτησι, quia forte omnibus Diis sacer, Apol-  
lini tamen quidam vindicabant, quod lucis  
author

author esse crederetur. Ideo Νεομήνιον. Ascendebant in arcem, vota pro salute urbis facturi & sacra. Offerebatur in fano Erechthei placenta ex melle serpenti qui in arce: idque sacerdos cum parasitis decreto Alcibiadis, quod Cynosarge in templo Herculis columnæ affixam facere tenebatur. Sacrum, ἐπιμήνιον; sacrifici ἐπιμήνιον & ἀρχέμηνος; panes tum fieri soliti, γερέναι dicebantur. Νεμινά ζευς erat festum colere; qui colebant Νεμιναῖς. Tum & egeni à ditioribus dona petebant.

3. Τειτοπατέρων Ethymol. auctor, Atheniensium etiam erant, inque iis, Diis qui τειτοπάτεροις pro liberorum generatione vota fiebant. Dicuntur & δέοις γενεθλίοις, γενέσεις, & ἔφοροι δαιμόνες.

4. Αποκομπὰ Hesych. dies aliquot, in quibus sacra Diis τοῖς πομπάσιοι facta.

## CAPUT VI.

De

### Festis Heroum.

I. **H**eroum Festi quadraginta novem hic ponentur. 1. Αδώνια, 2. Αράντια 3. Αιάρτια 4. Αλκαζέιας, Αμφιαξάια, 6. Αιακλιτήνεια 7. Ανάκεικ 8. Ανάπτιον πάιδων ἐστη, 9. Αυροριζάνεικ, 10. Απύγονεια 11. Αιτινόεια, 12. Αράτεια, 13. Αστιάξια 14. Ασκληπίου, 15. Αχιλλεία 16. Βακκητής, 17. Βερχοίδεια, 18. Βερεσπόμοι, 19. Δαρέοι, 20. Λιόκλεια 21. Διοσκύρεια 22. Ευαγγύτεια 23. Ευρύκλεια 24. Ἑργάπαι, 25. ιλσούσια 26. Ηλα-

κάπη

χάπα 27. Ἐφύβια 28. ιησάπλεια 29. κοννίδεια 30.  
 λεονίδεια 31. λυκόλεια 32. μερίδεια 33. μιλτιάδεια  
 34. Μέπεια 35. Νεοπτυλέμεια 36. Ονύρεια 37. Παν-  
 δρόσια, 38. παράλια 39. πανούνια 40. ωραιώθεια  
 41. πεστεπλεια, 42. Συβάσια 43. Τιτάνια 44.  
 Τλιπολέμεια, 45. Τοξεύδεια, 46. Τροφάνια 47  
 υδροφίεια 48. φωσφόρια 49. ραβένια.

1. *Ἄδονις Hesych.* Adonidis memoriae, & honoris apud Athenienses dabantur. Semestre is unum in Proserpinæ complexibus; alterum in Veneris exigere solebat. Circumferabantur Adonidis & Veneris simulachra in pompa horti quoque ex fæniculo & laetica, in qua venus occisum Adonidem deposuerat, in testis in quibus citius excrevisse frumentum simplicius credidit; quiisque in fontes vel in mare abjiciebantur. Locata & mortuorum, simulachra per urbem, quibus mulieres funus ac lessum facerent.

2. *Αἰάνεια Pindari Schol. 1st. Αἴας* apud Aeginetas festum, inque ejus honorem certamen. Victor coronam in fano Herois dedicabat, quod apud Aeginetas urbis loco illustrissimo; & cui è lapide albo quadratum septum. Colebantur & Athenis, templumq; ei ibi.

3. *Αἰάντια Hesych.* Ajaci apud Salaminios & Athenienses sacra adornabatur ei omni armatura instructus lectus apud istos.

4. *Ἀλκαθοῖς schol. Pind. honoris Alcathoi apud Megarenses data sunt,* Ibidem & ejus ηγών.

5. *Αμφια-*

5. Αυφιεστία Schol. Pind. Amphiarao Oropii dicarunt, quem primi inter Deos retulerent. Ejus ibidem templum, & è lapide candido statua.

6. Ανεκλητία Polyb. Hist. l. xviii. in honorem Regis vel Principis cum renunciaretur instituta sunt.

7. Αάνειο Hesych. Diocurorum apud Athenienses erant. Αάνειον τὸ Διοσκύρειον Diocurorum templum.

8. Αάντων παιδῶν ἱερὴν Ράτη. in Phoc. Amphisensibus solemnis festivitas, & arcanum sacrum. Quidam putabant fuisse Dioscuros, alii Curetas, plerique νεβεῖς.

9. Αρδρογένεια Hesych. Androgeo dicatum festum, in quo & certamen funebre in Coramico.

10. Αρτηγόνεια Plut. in Agide & Cleomene, Antigono agitata, in quibus sacrificium & νεκρούς μανῆς ἀπόφενται.

II. Αντίοιν Ράτη. in Arcadic. Adrianus Imperator Antinoo suo apud Mantinenses instituit; erantque sacra annua, & certamen quinquennale.

12. Αγάρεια Plut. in Arato, intra duos dies in honorem Arati steterunt; quintum nempe Anthesterionis seu Διοσκύρου quo patriam à tyrannide liberavit, & illum quo natus erat. Illa Σωτήρεια dicebantur, à Jovis servatoris γυνόλων acta. Hoc, qui Arate, sacerdote fascia non ex toto candida, purpurā intertexta. Carmina ad Citharam à symphoniam.

phoniacis. Pompæ puerorum & adolescen-  
tum gymnasiar̄cha ductor; quem senatus co-  
ronatus & cives sequebantur.

13. Απόλεια Plut. in Nicia festum à Syracusa-  
nis promulgatum, cum Niciam Ducem Athe-  
niensem, decimo septimo Metageitnionis ad  
Asinarum flumen profligassent.

14. Απολυπίεια Theod. Therap. vii. Aescu-  
lapii honori celebrantur à pluribus, sed ma-  
gnificentissimè ab Epidauriis. Certamen ibi  
Rhapsodorum, & cæteræ Musices.

15. Αχιλλεια Paus. in Lacon. Celebrabant  
Lacedæmonii. Festum Achilli sacrum.

16. Βαλλήσις Hesych. Athenienses cum  
populo Eleusines, in gratiam Demophontis  
Celei filii agitant.

17. Βρασιδία Paus. in Lacon. Brasidæ a-  
pud Lacedæmonios festum, in quo oratio fu-  
nebris; Certamen inter solos, & sacra.

18. Βοέαμη Hesych. deprecabantur Athe-  
nienses Boream, qui Orythyiam Erechtei  
filiam juxta Ilissum rapuerat, ne flaret; affi-  
nemque eum sibi nuncupabant. Megapoliti-  
tis in Arcadia pro præcipue Deorum habe-  
batur.

19. Δαεῖον Hesych. Macedonum fortè apud  
quos genius Δάειος, cui pro argotis vota,  
nuncupabant.

20. Διόκλεια Schol. Pind. Megarenium  
festum.

21. Διοσκύρεια Schol. Pind. festum Dioscu-  
rorum, quod Cyrenæis & Lacedæmoniis in  
usu.

22. Εὐαγγέλια Vitruv. l. x. 7. Pixidoro pastori ob nunciata marmoris inventionem Ephesii quot mensibus celebrabant, pœnâ iis qui neglixissent indicta, solebant & obres lœtas quando nunciabantur obiri; inque his sacra, & amicis victimarum partes.

23. Εὐρύνθια, *Sextus inscriptio*, Lacedæmoniorum in Alcibiadis honorem propria

24. Εγγάτια Hesych. Herculis apud Laco-nes erant.

25. Ελεύσινον, μίνην scil. Schol. Homeri Iliad. 8, Herculis honori qui ab Eumolpo, Erystei jussu, Cerberum ex inferis abducturus initiatus erat, Agris mense Anthesterione, ab Atheniensibus celebrabantur, ut magnis Iustrandi initiationi præparentur. Solemne ergo Iustrandos in pelle victimæ Jovi immolatæ, unde Διὸς νέῳδιαν dicta, per daduchum statuere: porcum fæminam gravidam, & in portu Cantharo ablutam offerre: sacris & votis ritè factis, castitatis exercitium præmittere; ut se dignos initiationi ostenderent. Admissi πρόστις dicti, confidebantque in sacra-rii vestibulo; ipsa sacra quasi ἀερίλλια.

26. Μανάνα Hesych. agon in honorem Elacati ab Hercule adatnati.

27. Εφύβια Ethymol. dies erat, quo Atheniensium & propter Hippocratis honorem. Coorum ingenui filii, anno xvi. impleto, in ephebos, nominibus eorum in librum quendam ei rei destinatum inscriptis, referebantur; Comam tondebant, eamque Delphos profi-

proficiscentes apollini consecrabant. Durabat hæc ephebia annum unum, quo tempore peregrè illis ire non licebat. Ritus ex sequentibus verbis colligi poterunt.

1. Κορυθάλη, seu κερυθάλια, Ethymol. laurus bifida & coronata, quæ præforibns ædium statuebatur.

2. Ὀνυχέλια Hesych. libatio Herculi ex mensura vini illata facta, cujus reliquum ebibendum dabatur iis, qui in unum convernerant.

3. Εφιβεύδη Hesych. dicebantur illi, qui jam inter Ephebos adsciti erant.

4. Εφιβεῖον Vitruv. I. vi. II. gymnasium, in quo iφιβύορτες exercebantur.

5. Εφίβαρχος Attian. Epict. I. III. I. praefectus gymnasio Epheborum, qui in annum constituebatur.

6. Παιδικίων Hesych. famulus Epheborum in gymnasiis proprius.

7. Εφιβικόν Hesych. locus in theatro, è quo Ephebi spectabant.

28. Ηέρκλεια Theodor. Therap. VII. honori Herculis celebrabantur à multis Græciæ populis: Atheniensibus nempe, Diomensiis & Melitensiis in Attica, Thesbitis in Bœotia, Thebanis, Sicyoniis, Lindiis, & Cois. Atheniensibus quinto quoque anno celebrate moris. Apud Melitenses Hercules ἀλεξιγγον cognominatus, & quia sacra pomis facta Mάλων. Thebani festum Ιολάδια dicebant. Sicyoniis biduo celebratum: primum diem ον-

*μάρτιος*, secundum *ἰεράνων* nominabantur. Lindiis per maledicta & execrationes celebrabantur: & pro violato habebant, si quando inter solemnes ritus, vel imprudenti aliqui excidisset bonum verbum. Apud Coos sacerdos mitrâ redimitus, & veste muliebri amictus, sacra faciebat.

29. Ιολάδεια Schol. Pind apud Thebanos quid fuerint, jam dictum. Erat eo festo & certamen. Victori corona myrtlea cedebat. Celebrata & à Sardis.

30. Λεονίδεια Plutarch. Connidæ Thesei pedagogi honori, apud Athenienses, pridie Theseorum dabantur. Aries sacrificium erat.

31. Λεονίδεια Plausan. festus Leonidæ apud Spartanos dies. Funebris in ea oratio; & certamen, in quo solis Spartanis certare licitum.

32. Λευκέσθεια Plutarch. à Græcis Asiaticis instituta sunt. Cyziceni quotannis, quod eos à Mithridatis obsidione liberasset, celebravere.

33. Μιληπόδεια Herod. Chersonitæ in Miltiadis honorem obibant. Certamen in eo equestre gymnicumque, ad quod nemo Lampsacenus admittebatur.

34. Μενέλεια Athenag. festum Spartanis celebratum, & quidem Therapnis. Fuit ibidem ejus templum, & in regione Spartæ trans Eurotam in collibus quibusdam aliud.

35. Μάρτιον Cicero in Verrem Græci Q.  
Mutio

Mutio Scevolæ, qui Asiam singulariter rexit, decreverant; Mithridates eâ provinciâ occupatâ non sustulit, hostis in ceteris rebus nimis ferus & immanis.

36. Νεοπλοέμεια Pausan. Delphis Neoptolemo Achillis filio quotannis dabantur. Descriptionem vide apud Heliodor. 1.3. Äthiop.

37. Ονέρρεια agebantur apud Syracusanos cogente Verre, qui ea sublatis Marcellis instituit.

38. Πανδρόσια Athenag. Pandrosi festum erat apud Athenienses. Templum habuit, & oves factum. Vestis quoque asservata, quæ ποδαρίῳ dicebatur.

39. Παράλια Enstat. Paralo servi sacraerant. 1. Παντογένεια Paus. Pausania apud Lachnes festum & certamen; inque ejus honorem oratio. Soli Spartano certare licitum.

41. Προμηθεῖα Xenoph. Prometheo sacrifici in quibus lampadum certamen. Et hinc forte Prometheus δαδεχθεὶς ab Apollonio Atheniensi in Citta apud Philostratum appellatur.

42. Ηεροτελεστίαι Schol. Pind. agebantur apud Thessalos & Cherroneitas in Protephilai honorem.

43. Συβάσια Menand. honori Imperatoris dabantur.

44. Τιτάνια Moschopul. in memoriam Titanius celebrare moris erat.

45. Τληπολέμεια, Pindar: Rhodii Tlepolemo instituere, pro die xxiv. mensis Gorpizie. Certabant viri & pueri. Victoriae præmium corona populea.

46. Τοξαρίδης Lucian. Toxaridis, qui inter heroas iargē ήτε nomine colebatur, apud Athenienses festum. Immolabatur ei candus equus ad sepulchrum.

47. Τεγέωντος Pollux. Celebrabatur Trophonio Lebadiae in Sicilia.

48. Υφροφόεια Hesych. festum Atheniensibus lugubre, in memoriam eorum, qui diluvio perierant. Erat & Argivis, in quibus certamen mense Delphinio in honorem Apollinis peractum.

49. φωσφόεια Hesych. in honorem Luciferi agitabantur.

50. Καβεια Hesych. τῶν καβείων erant, Jove priora, qui Iasionem alterum ex Electra filium illis praefecit. Celebrabantur in insulis Lemno & Imbro, apud Thebanos & Samothracas, & quidem noctu. Mos pueros initiare. Initiandi in solio collocabantur, choreas circumagitantibus mystis, idque θερμόπος seu θρόων dicebatur. Initiati fasciā purpureā ventrem circumligabant: Capue oleæ germine coronabant, & tuti contra tempestates maris, aliaque pericula esse putabantur. Qui cædem aliquam admisissent, huc confugiebant, & à sacerdote, qui κάλις seu κόνις dictus, lustrabantur.

## CAPUT VII.

De

### Festis variis.

V. Aria festa & incertum cui dicata sunt.

1.427.70

1. Αγητόρειον 2. Αγητόσλα. 3. Αλεκτευόνειν ἄγων  
 4. Αμηνάς 5. Απάνλια 6. Βάρατρον 7. βασίλειον  
 8. βιστραιον 9. βοτησιαν ἔοστη, 10. γαργάλια, 11.  
 γενέθλια, 12. γενέσια, 13. γενετική, 14. γεφυροσμόν,  
 15. γῆς ἔοστη, 16. γηροντιδεῖον 17. δαδίς, 18.  
 δειρόν, 19. δαυλίς, 20. διαστίνια, 21. δόκλια,  
 22. εβδόμην 23. ελώσια, 24. ἐρωτόκια, 25. ἐνι-  
 λίκης, 26. ἐπιδημία, 27. ἐπινίκια, 28. ἐπιοκάφια,  
 29. επισίνια, 30. ἐφίπτῳ, 31. ἡράζ. 32. θανα-  
 τίσια, 33. θαύλια 34. θεοφανεία, 35. θεραπειαίδια  
 36. θερμίαν ἔοστη, 37. θερτίεια 38. ίνωα 39. καλ-  
 λιστέια, 40. καλλυντίεια, 41. κυνοφόντις, 42-  
 λακεδαιμόνια ἔοστη, 43. λασιτοσαΐαν ἄγων, 44-  
 λεοντικά, 45. μεσοσφρόνια, 46. μενύεια, 47. νε-  
 κύσια, 48. νεμέσια, 49. οιγεία, 50. οίκη ἐν Μα-  
 εγάδαι, 51. ξειθικὰ 52. πανδύσια, 53. πανελάγια 54.  
 πανιάνια, 55. πελώσια, 56. περιπέτεια, 57. πη-  
 τιδινάτων ἔοστη, 58. πεφράχια, 59. πεφτοφερή-  
 τηδα 60. πεφτόσια 61. σεμίλι, 62. σεπτίσια,  
 63. σεύνια 64. στικλῶν ἔοστη, 65. πορέπηα 66. συνόν-  
 κια, 67. συρρικέσιαν ἔοστη 68. συρμαία, 69. ταυ-  
 ρεχόλια, 70. τερποτρυπητὸν 71. Τόνεια 72. τειπ-  
 νῆται, 73. τύπαι, 74. υδροφόρα, 75. φαγύσια 76.  
 φαρμακέια 77. γαστρῶν ἔοστη, 78. κάσιλια, 79.  
 κειροπόνια, 80. κηλεδόνια.

1. Αγητόρειον Hesych. incertum festum.

2. Αγητόσλα Hesych. ejusdem commatis.

Αγητής εἰς τοὺς κηρυγμάτους ὁ ιεραρχός τῆς θεᾶς.

3. Αλεκτευόνειν ἄγων *Aelian. v. n. l. II. 28. gal-*  
*linaceorum certamini ab Atheniensibus, post*  
*devictos à Themistocle Persas, institutus erat.*  
*Causam institutionis ibidem habes.*

4. Αυμών Hesych. incertum apud Athenienses festum.

5. Απάυλια, Ethymol. author, non tam festum, quam secundus nuptiarum dies, in quo ἀρχεται οἱ νέοι χωρίς τὸ πατέος αὐλίζεσθαι τότε επανδιέστο τῷ ἄνδρι γυνόν.

6. Βάρετος Hesych. festum apud Thesprotios, & certamen de virilitate in eo, εὐαρδεῖας ὥστε.

7. Βασιλία Scholia. Pind. Lebadea in Bæotia celebrabantur.

8. Βιοβάνη Hesych aliis πλαδούπεια Messapienses obibant, cum vites putarent. βιοβάνη φίταις αφεπλοτέρης.

9. Βοτάνιαν ισερτή, Plutarch. in quæst. Graecis, festum ignotum in quo puellæ choreas ducentes canebant.

10. γαρύλια Moschop. in sylloge dict. Attic. festum privatum, quod quisque privatim celebrat nuptiarum suarum causa.

11. γενέθλια Ethym. author, privatum etiam natalis diei festum, quod unusquisque quotannis die nativitatis obibat. Dictum & ιπέργεια simpliciter.

12. γενέσια, Ammon. de differ. Grecum, memoria natalis defuncti, quam familiares & amici celebrabant. Epicurus apud Laertium, matris, patris, fratrum & suum in testamento post mortem celebrandum ordinat. Celebrata à Philosophis Platonis & Socratis γενέσια.

13. γενετουλλίς Hesych. agitabantur à mulieribus

ribus pro felici gravidatum partu. Dea ipsa  
γυναικεία θεός γεννήτρια. Canes illi offere-  
bantur.

14. Κέφαλοι ab Æliano H. A. I. iv. 43.  
inter festa recensentur. Vide Eleusinia.

15. γῆς ἐργὴ Thucyd. I. II. Athenis, ubi  
τῆς γῆς templum solemne festum erat, inque  
eo & certamen, ut apud Pindar. Pyth. ix. vi-  
dere est.

16. γυμνωποδία Laconum erat, & cum fal-  
tationibus peragebatur. Dicam, ubi de his  
egero.

17. Δαᾶς Lucian. Pseudom. triduanum  
erat, & ad faces accensas celebrabatur. Δᾶς  
faces sunt Græcis.

18. Δεῖπνο Hesych. Macedonum festivitas  
erat, in qua forte genio cuidam qui Δάρραν  
vota pro ægrotis nuncupabant.

19. Δωδεκάς Hesych. Argivis solemne, ad  
pugnæ Præti & Acrii imitationem.

20. Διαστίνα in inscript. quadam extant.  
Εὐρύκλειας τὸ λακεδαιμονικὴν Διαστίνα.

21. Δικηλός Schol. Pind. Megarenses obi-  
bant.

22. Εβδόμη Hesych. privatum Græcorum  
festum, septimo à nato infante die peragi  
solitum.

23. Ελάσσα Hesych. à Siculis juxta Elorum  
amneim agitabantur, inque iis certamen.

24. De Εὐωνίαις hoc solum apud Hesyc-  
chium occurrit, quod ab Atheniensibus cele-  
brata fuerint.

78

DE FESTIS

25. Εὐλογέσι Hesych. vel potius ἐνύλιοις festum etiam de quo nihil reliquum præter nomen.

26. Επιδύμια Himer. in propempt. Flaviani celebabantur aliquo ex familiaribus, amicis & consanguineis domum salvo & incolumi reverso.

27. Επινίκια Halycarn. Antiq. l. III. qui & επινίκιοις, post victoriam partam celebabantur. Fiebant sacra; hinc ιπνίκια θύσι; sacrificia, quæ θυσίαι ιπνίκιοι; Choreæ, ράνες, & convivia, quæ summa cum hilaritate peragebantur. Et hoc est τὰ ιπνίκια ιστᾶν.

28. Επισκόπια Hesych. Rhodiorum erant.

29. Επισκύνια Hesych. Lacedæmonum. Alii επισκύνια, sed male.

30. Εφιττοὶ Hesych. Laconum etiam, in quo certamen & fortè equestre.

